AUTHOR:

SCHEFFLER, ALBERT

TITLE:

DE MERCURIO PUERO

PLACE:

REGIMONTI BORUSSORUM

DATE:

1884

Master Negative #

92-81149-18

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
PRESERVATION DEPARTMENT

BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record

```
BKS/SAVE  Books      FUL/BIB   NYCG92-B43697         Acquisitions     NYCG-NEH
Record 1 of 0 - SAVE record
UNI
  ID:NYCG92-B43697         RTYP:a    ST:s    FRN:   MS:   EL:      AD:12-01-92
  CC:9668  BLT:am      DCF:?   CSC:?    MOD:     SNR:      ATC:        UD:12-01-92
  CP:gw       L:lat     INT:?   GPC:?    BIO:?    FIC:?     CON:???
  PC:s       PD:1884/            REP:?    CPI:?    FSI:?     ILC:????   II:?
  MMD:       OR:    POL:     DM:     RR:          COL:      EML:      GEN:   BSE:
  040      NNC‡cNNC
  100 1    Scheffler, Albert.
  245 10   De Mercurio Puero‡h[microform].‡bDissertatio inauguralis quam...‡cAlbe
        rtus Scheffler.
  260      Regimonti Borussorum.‡bTypis Kiewningians,‡c1884.
  300      53 p.
  LDG      ORIG
  QD       12-01-92
```

Restrictions on Use:

TECHNICAL MICROFORM DATA

FILM SIZE: 35mm REDUCTION RATIO: 11X

IMAGE PLACEMENT: IA (IIA) IB IIB

DATE FILMED: 3-16-93 INITIALS JA

FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT

DE MERCURIO PUERO.

DISSERTATIO INAUGURALIS,

QUAM
CONSENSU ET AUCTORITATE
AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS
IN
ALMA LITTERARUM UNIVERSITATE
ALBERTINA
AD
SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES
RITE CAPESSENDOS
UNA CUM THESIBUS
DIE VII. MENS. JUL. A. MDCCCLXXXIV. HORA XI.
PUBLICE DEFENDET
AUCTOR

ALBERTUS SCHEFFLER
BARTENSTEINENSIS.

ADVERSARIORUM PARTES SUSCIPIENT:
FRITZ MILKAU, CAND. PHIL.
OTTO SCHOENDOERFFER, CAND. PHIL.

REGIMONTI BORUSSORUM.
MDCCCLXXXIV.
TYPIS KIEWNINGIANIS.

A. LUDWICHIO

ET

E. KEMKEO

GRATO ANIMO

DEDICAT

AUCTOR.

De natu Mercurii.

I. Quo loco natus sit.

Hymni Homerici in Mercurium auctor eum in antro Cyllenes in lucem editum esse tradidit. Priusquam qui scriptores consenserint, qui dissenserint, proferam, duobus causis adducor, ut de antro Cyllenes nuper detecto digressionem faciam, primum quod hanc digressionem mihi infra argumento cuiusdam rei esse volo, tum quia adhuc nihil de eo scriptum est, praeterquam quod actis diurnis Atheniensibus „*παλιγγενεσίᾳ*“ prid. Kal. Sept. 1871 datis id antrum descriptum est sed ita, ut non idem cognosceretur, in quo Mercurius natus esse dicitur, et in relationibus archaeologorum Berolinensium societatis (a. d. III Non. Febr. 1874) leviter transitum est ac tantummodo perstrictum. Antrum nuper detectum et hymno dictum idem esse demonstraturo mihi id magni momenti esse videtur, quod hoc toto monte unum exsistit. Unde Bursianus*) et Farbiger**) acceperint, antra Cyllenes numerosa esse, inexploratum mihi est. Nam et nemo alius, ne Curtius quidem, qui librum suum de Peloponneso accuratissime pertractavit, in illo monte describendo antrum commemoravit, et Hirschfeldius, academiae nostrae praeclarissimus artis antiquae praeceptor, cum abhinc circiter XII annos Graeciam perscrutatus est, nullum praeter id unum reperit. Itaque illud

---

*) Geogr. v. Griechenl., II. 182.

**) Handb. d. alt. Geogr., p. 573 f. Anm.

Bursiani testimonium plane commenticium mihi videtur esse, quod sibi finxit, ut Cyllenes derivationem suam (*Κυλλήνη-κυλλός-κοῖλυς*) confirmaret. Forbigerum testem prorsus neglegendum puto, quia se hoc ex Bursiani libro exscripsisse ipse fatetur.

Sed audiatur descriptio antri, qualem auctore Hirschfeldio — is enim detexit cognovitque idem esse, in quo veteres Mercurium natum esse crediderunt — compertam habeo: Constat ex III partibus (quam ob rem hymn. v. 246 sqq. leguntur: „*παπτήνας δ' ἄρα πάντα μυχὸν μεγάλοιο δόμοιο τρεῖς ἀδύτους ἀνέῳγε λαβὼν* . . . .“ et v. 252: „*ἐξερέεινε μυχοὺς μεγάλοιο δόμοιο.*“) Aditus in primam declivis est (v. 233: „*κατεβήσατο λάϊνον οὐδον*“) atque ita artus, ut incurvata cervice (146: „*δοχμωθείς*“) in specum aliquis ingredi possit.

De hoc versu 146 mihi pauca dicenda sunt. Leguntur v. 146—149: „*δοχμωθεὶς μεγάροιο διὰ κλήϊθρον ἔδυνεν αὔρῃ ὀπωρινῇ ἐναλίγκιος, ἠΰτ' ὀμίχλη. ἰθύσας δ' ἄντρον ἐξίκετο πίονα νηόν, ἦκα ποσὶ προβιβῶν· οὐ γὰρ κτύπεν, ὥσπερ ἐπ' οὔδει.*“ Hos versus maxime laborare intelleget, qui communi sensu non plane destitutus est. Hermannum, qui v. 146—147 e contextu relegavit, recte Baumeisterus refutavit, quod *γὰρ* et *ὥσπερ ἐπ' οὔδει* et *ἄντρον ἰθύσας* ut argumento essent molesta ita dicendi genere displicerent. Baumeisterus igitur 148—149 relegandos et 146—147 versus retinendos putavit. Quid? Hoc modo tollitur, quod ipse monuit: poetam ne verbo quidem tetigisse, id quod ad intellegendos proximos versus necesse fuisset, Mercurium postquam per seram se iusinuavisset nebula velatus, naturalem corporis habitum rursus induxisse? Qua re ego quidem propono ex v. 146 retineri verba *δοχμωθεὶς μεγάροιο* et ex 148 *ἐξίκετο πίονα νηόν* ita ut legamus: („*δοχμωθεὶς μεγάροι' ἐξίκετο πίονα νηόν*“ vel potius, quia genitivi thessalici littera o nunquam eliditur:) „*δοχμωθεὶς μεγάροιο ἀφίκετο*

κτλ“, ubi hiatus propter caesuram excusatur; vel cum hiatu in longa syllaba arseos:

„*δοχμωθεὶς μεγάρου ἐξίκετο πίονα νηόν.*“

Sed pergo antrum describere. Prima antri pars in longitudinem patet XIII metra Gallica, in latitudinem ad VII Ex hoc specu venitur per artum cuniculum in occidentem versus in alterum, IX metra longum VI latum ad III altum. In tertium fert cuniculus longus et latus. Cum non nisi per foramen aditus lux immittatur, fit, ut prima antri pars modice illuminetur, altera etiam minus, tertia fere non (v. 6: „*παλίσκιον*“ et v. 172, 234, 359 „*ἄντρον ἠερόεν.*“) Ex antro egredienti patet pratum non sterile (v.27: „*προπάροιθεν δόμων ἐριθηλέα ποιήν*“). Inerant, praecipue in prima et altera parte, multa vasa et opera figulina dedicata. In quibus cum nonnulla veterrima ae rudissima confecta sint, elucet illud antrum vetustissimis iam temporibus sacrum (148: „*πίονα νηόν*“) habitum esse. Inveniebatur alia quoque supellex (v. 60—61: *ἀμφιπόλους τε γέραιρε καὶ ἄγλαα δώματα νύμφης καὶ τρίποδας κατὰ οἶκον ἐπηετανούς τε λέβητας.* 249: *πολλὸς δὲ χρυσός τε καὶ ἄργυρος ἔνδον ἔκειτο.*“) Leguntur crebrae inscriptiones praesertim in cuniculo in III partem ferenti et in lapide II partis. qui perpetuo stillicidio in arae similitudinem formatus est. Sunt nomina et virorum et feminarum antrum frequentantium, partim ad libram partim directe partim ex transverso incisa. Altitudo litterarum interdum ad 0,20 m. Gall. est.

Ex his apparet antrum nuper detectum non aliud esse atque illud, quod hymni auctor in animo habuit. Atque affirmare posse mihi videor, poetam hymni suis ipsius oculis antrum illud inspexisse. Quam sententiam ne eo quidem refelli puto, quod in his, quae supra commemoravimus, operibus figulinis nonnulla reperiebantur, quae non ad Mercurium pertinent, sed ad alios deos, velut alumnae duae muliebri capite constructae ad Venerem. Quamquam multum temporis

perscrutandis scriptoribus veteribus et mythographis et chorographis impendi, tamen ne unum quidem locum reperi, qui ad nostrum antrum referri possit.*) Ne Pausanias quidem, qui in describendis antris amore studioque utebatur**), quidquam de nostro dixit, quamquam de Cyllene monte multa verba fecit.***) Videtur ergo huius antri memoria paullatim oblitterata esse. Quae sententia eo firmatur, quod inscriptionum illarum vel maxima pars saeculo a. C. VII, VI, V attribuenda est. Usui enim est ε pro η et ο pro ω (*Τελαύγες*, *Εὐθύφρον*.) Unus titulus IV saeculo scriptus est, posterioris temporis nullus.

Nunc ceteri scriptores proferantur, qui Mercurium in Cyllene natum esse memoriae prodiderunt: Hes. Astron. apud schol. ad Pind. Nem. II 16; Apollodor. bibl. III 10, 2; Verg. Aen. VIII 138 sq., Serv. Hon. ad Verg. Aen. VIII 138; Ovid. fast. V 663 et 85; mythographus Vaticanus primus, qui vocatur, fab. 119; quo usus myth. Vat. alter fab. 41; myth. Vat. tertius 9, 8, explicationem allegoricam addens 9, 1 („quod haec regio praecipue, ut ait Remigius, eloquentiae studuit"). Addantur, ab quibus deus Cyllenius appellatus est et res eius Cylleneae: Odyss. 24, 1; Hipponax ap. Tzetz. ad Lycophr. 855 et ap. Prisc. de metr. com., Soph. Oed. R. 1104, Apollon. Soph. lex. Hom. p. 105 (ed. Bekker), Luc. dial. deor. 22, 1 et Char. 1; Nicet. deor. cogn.; Orph. Lith., quae dicuntur, v. 548, Orph. Arg. 135; Steph. Byz. et Zonar. lex. et Suid. sub *Κυλλήνη*; schol. in Iliad. II 603, XXIV 24 Eust. ad Odyss. XXIV, 1, ad Il. II 603 XXIV 24. — Verg. Aen. IV 252, 258 Georg.

*) *Ἄντρον Ἑρμοῦ*, quod nobis in Orphei Lithicis occurrit, allegorice dictum est pro libris, in quibus thesauri philosophiae, magicae praesertim et theurgicae repositi sunt. (cf. Seidenadel Gymnasialprogr. zu Bruchsal 1875/76.)

**) Paus. X. 32, 2—7.

***) Paus. VIII. 17.

I 335 Cir. 108.; Serv. Hon. ad Georg. I 335; Horat. ep. 13, 9; Ovid. met. I 713 II 720 V 176, 331, XIV 291, art. am. III 147, 725; Cic. Arat. 627; Lucan. I 662 IX 662, 676 X 209; Martial VII 74, 1; Seneca Apocol. 11; Val. Flacc. I 436 IV 385 Sil. Ital. III 168, 203 VIII 111 XIII 630 XVI 500, Petron. Sat. pag. 124 v. 269 Manil. arstr. I 33, 876 II 943; Stat. Theb. I 293 II 70, 89 IV 288 VII 34, 74, 187 IX 486, Silv. II 189, Arnob. adv. nat. III 32; Claudian. de rapt. Pros. I 77, carm. min. VIII 4, de consul. Stilich. II 440, Martian. Cap. tricies sexies; Chalcid. comm. in Plat. Tim. p. 410 (ed Wrobel. 1876), qui in verbis Alexandri Ephesii*) transferendis, ubi ille *Ἑρμῆν* scripserat, latine Cyllenium reddidit. — Adde C. I. Gr. III 4708 et Orelli 1417.

A nonnullis alia memoria prodita est. Si causam perscrutamur, scriptores partim locorum quorundam nominibus partim sermone singulis locis tradito partim errore ductos esse intellegimus:

Quia apud Tanagram mons situs erat, cui nomen *Κηρύκιον ὄρος* i. e. mons praeconum erat, et quia Mercurius praeconum proavus habebatur, facile intellegitur, cur Thebani eo in monte deum natum esse dixerint: Paus. IX 20, 3: „*Ἔστι καὶ Ὠρίωνος μνῆμα ἐν Τανάγρᾳ καὶ ὄρος Κηρύκιον ἔνθα Ἑρμῆν τεχθῆναι λέγουσιν*". Sic enim sentio hanc fabulam ex nomine montis ortam esse, et perversam duco Gerhardi sententiam, qui in mythol. Gr. I § 273 ex contrario nomen monti inditum esse in dei honorem putavit.

Philostratus unus, quod sciam, deum in Olympo natum esse scripsit imag. I 26: „*Τίκτεται μὲν (Ἑρμῆς) ἐν κορυφῇ τοῦ Ὀλύμπου*". Haec autem non nobis alia fabula iudicanda est. Potius, cum in eadem imagine, quam Philo-

*) cf. p. 17.

perscrutandis scriptoribus veteribus et mythographis et chorographis impendi, tamen ne unum quidem locum reperi, qui ad nostrum antrum referri possit.*) Ne Pausanias quidem, qui in describendis antris amore studioque utebatur**), quidquam de nostro dixit, quamquam de Cyllene monte multa verba fecit.***) Videtur ergo huius antri memoria paullatim oblitterata esse. Quae sententia eo firmatur, quod inscriptionum illarum vel maxima pars saeculo a. C. VII, VI, V attribuenda est. Usui enim est *ε* pro *η* et *ο* pro *ω* (*Τελαύγες*, *Ἐὐθύφρον*.) Unus titulus IV saeculo scriptus est, posterioris temporis nullus.

Nunc ceteri scriptores proferantur, qui Mercurium in Cyllene natum esse memoriae prodiderunt: Hes. Astron. apud schol. ad Pind. Nem. II 16; Apollodor. bibl. III 10, 2; Verg. Aen. VIII 138 sq., Serv. Hon. ad Verg. Aen. VIII 138; Ovid. fast. V 663 et 85; mythographus Vaticanus primus, qui vocatur, fab. 119; quo usus myth. Vat. alter fab. 41; myth. Vat. tertius 9, 8, explicationem allegoricam addens 9, 1 („quod haec regio praecipue, ut ait Remigius, eloquentiae studuit"). Addantur, ab quibus deus Cyllenius appellatus est et res eius Cylleneae: Odyss. 24, 1; Hipponax ap. Tzetz. ad Lycophr. 855 et ap. Prisc. de metr. com., Soph. Oed. R. 1104, Apollon. Soph. lex. Hom. p. 105 (ed. Bekker), Luc. dial. deor. 22, 1 et Char. 1; Nicet. deor. cogn.; Orph. Lith., quae dicuntur, v. 548, Orph. Arg. 135; Steph. Byz. et Zonar. lex. et Suid. sub *Κυλλήνη*; schol. in Iliad. II 603, XXIV 24 Eust. ad Odyss. XXIV, 1, ad Il. II 603 XXIV 24. — Verg. Aen. IV 252, 258 Georg.

*) *Ἄντρον Ἑρμοῦ*, quod nobis in Orphei Lithicis occurrit, allegorice dictum est pro libris, in quibus thesauri philosophiae, magicae praesertim et theurgicae repositi sunt. (cf. Seidenadel Gymnasialprogr. zu Bruchsal 1875/76.)

**) Paus. X. 32, 2—7.

***) Paus. VIII. 17.

I 335 Cir. 108.; Serv. Hon. ad Georg. I 335; Horat. ep. 13, 9; Ovid. met. I 713 II 720 V 176, 331, XIV 291, art. am. III 147, 725; Cic. Arat. 627; Lucan. I 662 IX 662, 676 X 209; Martial VII 74, 1; Seneca Apocol. 11; Val. Flacc. I 436 IV 385 Sil. Ital. III 168, 203 VIII 111 XIII 630 XVI 500, Petron. Sat. pag. 124 v. 269 Manil. arstr. I 33, 876 II 943; Stat. Theb. I 293 II 70, 89 IV 288 VII 34, 74, 187 IX 486, Silv. II 189, Arnob. adv. nat. III 32; Claudian. de rapt. Pros. I 77, carm. min. VIII 4, de consul. Stilich. II 440, Martian. Cap. tricies sexies; Chalcid. comm. in Plat. Tim. p. 410 (ed Wrobel. 1876), qui in verbis Alexandri Ephesii*) transferendis, ubi ille *Ἑρμῆν* scripserat, latine Cyllenium reddidit. — Adde C. I. Gr. III 4708 et Orelli 1417.

A nonnullis alia memoria prodita est. Si causam perscrutamur, srciptores partim locorum quorundam nominibus partim sermone singulis locis tradito partim errore ductos esse intellegimus:

Quia apud Tanagram mons situs erat, cui nomen *Κηρύκιον ὄρος* i. e. mons praeconum erat, et quia Mercurius praeconum proavus habebatur, facile intellegitur, cur Thebani eo in monte deum natum esse dixerint: Paus. IX 20, 3: „*Ἔστι καὶ Ὠρίωνος μνῆμα ἐν Τανάγρᾳ καὶ ὄρος Κηρύκιον ἔνθα Ἑρμῆν τεχθῆναι λέγουσιν*". Sic enim sentio hanc fabulam ex nomine montis ortam esse, et perversam duco Gerhardi sententiam, qui in mythol. Gr. I § 273 ex contrario nomen monti inditum esse in dei honorem putavit.

Philostratus unus, quod sciam, deum in Olympo natum esse scripsit imag. I 26: „*Τίκτεται μὲν* (*Ἑρμῆς*) *ἐν κορυφῇ τοῦ Ὀλύμπου*". Haec autem non nobis alia fabula iudicanda est. Potius, cum in eadem imagine, quam Philo-

*) cf. p. 17.

stratus descripsit vel se describere simulavit, Mercurius modo natus et boves furans (cf. p. 31) depictus esset, ex rei ipsa natura secutum est, ut partui scriptor eundem locum tribueret quem furto i. e. Olympum. Hunc unum dixi. Nam parum explorata mihi videtur sententia Burckhardti*), qui ex eo, quod Alcaeus ac Porphyrio fabulam de pharetrae furto communem cum Philostrato narraverunt, concludi voluit totam omnino de hac re narrationem his tribus scriptoribus communem fuisse, ut hi quoque in Olympo monte deum nascentem induxerint. Sed facile redarguitur Burckhardtus. Nam fragmentum Alcaei (Bergk fr. 5), quod initium illius hymni in Mercurium compositi fuisse videtur, legitur: „*Χαῖρε Κυλλάνας, ὃ μέδεις, σὲ γάρ μοι θύμος ὕμνην, τὸν κορυφαῖς ἐν αὐταῖς Μαῖα ἐγέννατο Κρονίδᾳ μιγεῖσα*“.

Nonnulli oppidum Cyllenen dei incunabula appellaverunt et ii duo scriptores, quos quidem repererim. Sed hoc iis errori tribuendum est inde orto, quod huius oppidi incolae quoque Cyllenii nominabantur (cf. Steph. Byzant. sub *Κυλλήνη* eoque usum Eustath. ad Il. II 603, schol. Il. II 603, Ariston. Il. XV 518). Sic Pomponius Mela II 3, 9: „Cyllene, Enneapolis, Patrae oram illam tenent. Cyllene, quod Mercurium ibi natum arbitrantur insignis.“ Lactantius ad Stat. Theb. IV 287: „felicem dicit (Statius Cyllenen), quia in ea civitate natus perhibetur Mercurius“.

Iam operae pretium videtur esse hoc loco scriptores proferre, qui cognomen Cyllenii non a monte sed ex alia re duxerunt. Sic Pausanias ab Elati filio, cui nomen Cyllen erat VIII 17, 1: „*δῆλα δέ ἐστιν ἀπὸ Κυλλῆνος τοῦ Ἐλάτου τῷ τε ὄρει καὶ ἡ ἐπίκλησις γεγενημένη τῷ θεῷ*“. Mirum quantum nonnulli grammatici cupiditate derivandi

*) Zum Verständnis des Homeridenhymn. etc. in Jahrb. f. class. Phil. 1868, Bd. 97.

flagrantes hariolati sunt! Nam cum pro *Κυλλήνιος κατὰ συγκοπὴν* (Steph. B. s. *Κυλλήνη*, Eustath. Il. II 603) *Κύλλιος* quoque diceretur, illi hac forma, quasi principalis esset, ad cognomen dei declarandum usi sunt et ii discrepantes. Quod *τὰ κύλα* sive *κύλια* sive *κυλάδες* cavitates significant, quae subsunt palpebris, in Etymologico Magno 361, 13 et Etym. Gudiano 201, 24 scriptum videmus: „*Χρύσιππος γράφει* (Gud: *Χρύσιππος· γράφεται* l. *Χρύσιππος γράφει*) *Κυλλήνιος Ἑρμῆς, ἐπειδὴ ἡ ῥάβδος αὐτοῦ ἀνδρῶν ὄμματα θέλγει*“. Servio Honorato usui est *κυλλὸς* i. e. manibus truncatus. Quomodo Mercurius *κυλλὸς* factus sit, sive fabulam sibi ipse comminiscebatur sive in fontibus iam commenticiam inveniebat, copiose habuit dicere ad Verg. Aen. VIII. 138: „Choricus, rex quidam Arcadiae, filios habuit Plexippum et Enetum et Palaestram filiam; sed iuvenes cum casu inter se haberent certamen, impressione et nisu corporum invenerunt luctamina: qui cum hoc patre praesente facerent et ille re nova delectaretur, ex ea re ludus factus est, quam rem Palaestra soror iuvenum Mercurio amanti se prodidit, qui cum rem novam vidisset, pleniorem de industria artem homines docuit: hoc seni iuvenes a sorore proditum nuntiant; ille iratus est potius filiis, quod non tanquam furem Mercurium insequerentur; quem cum illi in monte dormientem invenissent, manus ei amputaverunt: unde et ipse Cyllenius et mons dicuntur, namque Graece *κυλλοὺς* aliqua mutilatos parte corporis dicunt“. Pompeius Festus apud Paul. Diac. quattuor declarationes attulit: „Cyllenius Mercurius dictus, quod omnem rem sermo sine manibus conficiat, quibus partibus corporis qui carent *κυλλοὶ* vocantur, ideoque quadratum eum fingunt. Alii volunt sic appellatum, quod a Cyllenia avia sit nutritus. Alii, quod in monte Arcadiae Cyllene, alii quod a Cyllene sit nympha educatus“. Posui „a Cyllenia avia“ pro „in Cyllenia via“, quae codicum

stratus descripsit vel se describere simulavit, Mercurius modo natus et boves furans (cf. p. 31) depictus esset, ex rei ipsa natura secutum est, ut partui scriptor eundem locum tribueret quem furto i. e. Olympum. Hunc unum dixi. Nam parum explorata mihi videtur sententia Burckhardti*), qui ex eo, quod Alcaeus ac Porphyrio fabulam de pharetrae furto communem cum Philostrato narraverunt, concludi voluit totam omnino de hac re narrationem his tribus scriptoribus communem fuisse, ut hi quoque in Olympo monte deum nascentem induxerint. Sed facile redarguitur Burckhardtus. Nam fragmentum Alcaei (Bergk fr. 5), quod initium illius hymni in Mercurium compositi fuisse videtur, legitur: „*Χαῖρε Κυλλάνας, ὃ μέδεις, σὲ γάρ μοι θύμος ὕμνην, τὸν κορυφαῖς ἐν αὐταῖς Μαῖα ἐγέννατο Κρονίδᾳ μιγεῖσα*“.

Nonnulli oppidum Cyllenen dei incunabula appellaverunt et ii duo scriptores, quos quidem repererim. Sed hoc iis errori tribuendum est inde orto, quod huius oppidi incolae quoque Cyllenii nominabantur (cf. Steph. Byzant. sub *Κυλλήνη* eoque usum Eustath. ad Il. II 603, schol. Il. II 603, Ariston. Il. XV 518). Sic Pomponius Mela II 3, 9: „Cyllene, Enneapolis, Patrae oram illam tenent. Cyllene, quod Mercurium ibi natum arbitrantur insignis.“ Lactantius ad Stat. Theb. IV 287: „felicem dicit (Statius Cyllenen), quia in ea civitate natus perhibetur Mercurius“.

Iam operae pretium videtur esse hoc loco scriptores proferre, qui cognomen Cyllenii non a monte sed ex alia re duxerunt. Sic Pausanias ab Elati filio, cui nomen Cyllen erat VIII 17, 1: „*δῆλα δέ ἐστιν ἀπὸ Κυλλῆνος τοῦ Ἐλάτου τῷ τε ὄρει καὶ ἡ ἐπίκλησις γεγενημένη τῷ θεῷ*“. Mirum quantum nonnulli grammatici cupiditate derivandi

*) Zum Verständnis des Homeridenhymn. etc. in Jahrb. f. class. Phil. 1868, Bd. 97.

flagrantes hariolati sunt! Nam cum pro *Κυλλήνιος κατὰ συγκοπὴν* (Steph. B. s. *Κυλλήνη*, Eustath. Il. II 603) *Κύλλιος* quoque diceretur, illi hac forma, quasi principalis esset, ad cognomen dei declarandum usi sunt et ii discrepantes. Quod *τὰ κύλα* sive *κύλια* sive *κυλάδες* cavitates significant, quae subsunt palpebris, in Etymologico Magno 361, 13 et Etym. Gudiano 201, 24 scriptum videmus: „*Χρύσιππος γράφει* (Gud: *Χρύσιππος· γράφεται* l. *Χρύσιππος γράφει*) *Κυλλήνιος Ἑρμῆς, ἐπειδὴ ἡ ῥάβδος αὐτοῦ ἀνδρῶν ὄμματα θέλγει*“. Servio Honorato usui est *κυλλὸς* i. e. manibus truncatus. Quomodo Mercurius *κυλλὸς* factus sit, sive fabulam sibi ipse comminiscebatur sive in fontibus iam commenticiam inveniebat, copiose habuit dicere ad Verg. Aen. VIII. 138: „Choricus, rex quidam Arcadiae, filios habuit Plexippum et Enetum et Palaestram filiam; sed iuvenes cum casu inter se haberent certamen, impressione et nisu corporum invenerunt luctamina: qui cum hoc patre praesente facerent et ille re nova delectaretur, ex ea re ludus factus est, quam rem Palaestra soror iuvenum Mercurio amanti se prodidit, qui cum rem novam vidisset, pleniorem de industria artem homines docuit: hoc seni iuvenes a sorore proditum nuntiant; ille iratus est potius filiis, quod non tanquam furem Mercurium insequerentur; quem cum illi in monte dormientem invenissent, manus ei amputaverunt: unde et ipse Cyllenius et mons dicuntur, namque Graece *κυλλοὺς* aliqua mutilatos parte corporis dicunt“. Pompeius Festus apud Paul. Diac. quattuor declarationes attulit: „Cyllenius Mercurius dictus, quod omnem rem sermo sine manibus conficiat, quibus partibus corporis qui carent *κυλλοὶ* vocantur, ideoque quadratum eum fingunt. Alii volunt sic appellatum, quod a Cyllenia avia sit nutritus. Alii, quod in monte Arcadiae Cyllene, alii quod a Cyllene sit nympha educatus“. Posui „a Cyllenia avia“ pro „in Cyllenia via“, quae codicum

lectio diu frustra viros doctos torsit. Dacierius „cum ad hanc viam investigandam nullam invenire viam posset, scribendum putavit „Cyllene vico“ vel „Cyllenio vico“. Muellero ea videbatur dicta esse, qua in summum montis cacumen ascendebatur. Equidem „ab avia“ scribendum conieci ex Serv. Honor. ad Verg. Aen. IV 252: „Cyllenius aut ab avia, unde paulo post Cyllenia proles, aut a Cyllene Arcadiae monte.“ Sed quae est illa avia Cyllenia? Neque Pleione neque, quae a nonnullis mater Atlantidum (Diodor. IV 27) habebatur, Hesperis cognomen Cylleniae sibi vindicaverunt.

II. Quo modo natus sit.

Vergil. Aen. VIII 138 sq.: „(Mercurium) conceptum Maia fudit“; ad q. l. Serv.: „Fudit non iniuriose dictum est ut in Pisonem: quae te beluam ex utero, non hominem fudit. Sed celeritatem parientis (pariendi?) ostendit, quod infantibus dicitur omen felicitatis afferre. Spectat etiam ad naturam physicam. Nam celer est ubique Mercurius. Ideo dicit eum etiam in ortu fuisse velocem“. Arnob. I 36: „Mercurius utero fusus Maiae“ et II 32: „caduceator ille Cyllenius in algido fusus monte.“

Maiam in partu ab Horis adiuvatam esse Philostratus narravit imag. I 26: *αἱ μὲν (Ὧραι) ἐπὶ τὴν μητέρα τοῦ Ἑρμοῦ τρέπονται λεχὼ κειμένην*“. Item Alcaeus ap. Menandrum (Bergk. fr. 6).

III. De matre.

Maiam matrem fuisse omnes in unum congruerunt scriptores, praeterquam quod pauci (Cic. d. nat. deor. III 22, Arnob. adv. nat. IV 14) quinque Mercurios, nonnulli (myth. Vat. II 41, Lact. ad Stat. Theb. IV 282, Serv. Honor. ad Aen. I 297 IV 258) quattuor fuisse scripserunt, quorum alii aliam matrem tribuerunt.

Maiam Atlantidum fuisse natu maximam Apollodorus scivit III 10, 2: „*Μαῖα μὲν οὖν πρεςβυτάτη Ἑρμῆν τίκτει*“. Item Diodor. III 60, 4: „*μυθολογοῦσι τὴν πρεσβυτάτην Μαῖαν Διὶ μιγεῖσαν Ἑρμῆν τεκνῶσαι*“. Earum pulcherrimam fuisse unus Ovidius tradidit fast. V 85: „Quarum Maia suas forma superasse sorores.“

Enumerentur nunc scriptores, qui matrem Maiam fuisse tradiderunt: Odyss. XIV 435 (*Μαιάς, ἄδος*; in Iliade omnino non commemorata est), Hes. Theog. 938 et frag. ap. schol. Pind. Nem. II 16; Hippon. l. c.; Simonid. fr. 18, 27, Aesch. Choeph. 799, Suppl. 387; Soph. Electr. 1396; Eurip. Ion 1—4, Eratosth. Catast. 23 aliisque locis; Diodor. III 60, 4, Philostr. imag. I 26, Lucian. dial. deor. 7 et 21 et 24, Char. 1, Prom. 5; Apollon. Arg. 4, 17 33, Maxim. 138. Suid. s. *Ἑρμῆν*, schol. Il. II 603 XV 256 XXIV 24, schol. Od. XXIII 198; Orph. hymn. 28, 1 Lith. 2, Ioh. Lyd. de mens. p. 21., schol. Nicand. Alex. 560, Eust. ad Il. II 603 XVIII 485 XXIV 24 ad Od. XIV 433, Etym. Gud. p. 377, 33, Tzetz. ad Lycophr. 219. — Horat. sat. II 6, 5 carm. I 10; deinde Verg. Aen. I 297 IV 258 VIII 138—39, Ovid. met. I 669, 682 II 685, 704, 742, 834, 839 fast. IV 174 V 85, 103, 447, 663, Stat. Theb. VI 699 Martial. III 74, 5 Hygin. astr. II 7 II 21 in iisque, quae fabulis proposita sunt, Arnob. I 36 III 62, Serv. Aen. I 297 IV 258 VIII 138 Iul. Valer. epit. I 47, Mart. Cap. novies, Claudian. d. rapt. Pr. I 76, 89 Macr. sat. I 12, myth. Vat. I 119, 204, 234. II 41, III 9, 2, schol. in Germ. Arat. B. P. p. 83, Isid. orig. V 33.

Qua re Maia mater fuerit, allegorice explicat Eustathius: „*Μαίας δὲ υἱὸς ὁ Ἑρμῆς διά τε τὸ ἐν ζῴοις θρεπτικὸν καὶ ἐπιμελὲς ὁποία τις καὶ ἡ ἐν ἀνθρώποις μαῖα· καὶ ἀλληγορικῶς δὲ διὰ τὸ τοῦ Ἑρμοῦ λόγου ζητητικὸν ἐρευνητικόν*. Similiter schol. Hesiod. Theog. 938.

IV. De dei die natali.

Mercurio *ἡ τετρὰς* sacra facta erat. Itaque multarum rerum inventio ei tributa est, quae cum numero quadrato cohaerebant, sicut tetrachordi (Macrob. I 19), tetraoedii (Plut. d. mus. 4), quattuor rerum maximarum „*γραμμάτων, μουσικῆς, παλαίστρας, γεωμετρίας* (schol. Odyss. *ψ* 198). Quo factum est, ut uniuscuiusque mensis quartus dies in honorem dei celebraretur (cf. schol. Aristoph. Plut. 1127, Ioh. Lyd. d. m. p. 21, Procl. ad. Hes. Hem. 770, Suidas sub „*τετράδι γέγονας*“, Macrob. I 19, Plut. virt. mul. 4). Nihil igitur miri habet, quod fabula ficta sit, Mercurium illo die in lucem editum esse. Antiquissimum testimonium habes hymn. Hom. v. 19: „*τετράδι τῇ προτέρῃ, τῇ μιν τέκε πότνια Μαῖα*“. Quamquam Lohseo (de hymn. in M. Hom. diss. Berol. 1872) assentiri non possum, sed Heemannum et Frankeum secutus spurium iudico, tamen ex voce *προτέρῃ* elucet, eum interpolatum esse iam eo tempore, cum mensis nondum tripartitus sed bipartibus erat. Similiter Plut. symp. IX 3, 2, Philochor. apud Procl. ad Hes. Hem. 772.

Cum Romani hanc fabulam a Graecis acciperent, similitudo nominum effecit, ut Romani suam Maiam, quae vetustissimis temporibus una ex principibus deis fuerat, paulatim cum illa Atlantide confunderent. Itaque cum mensis Maius illi magnae deae sacer fuisset, Mercurio Idus huius mensis tribuerunt. (cf. Macr. I 12)

V. De nutrito Mercurio.

Ab alio fere scriptore aliud relatum est: Pomp. Fest. l. c. in Cyllene monte vel ab avia vel a Cyllene nympha scripsit nutritum esse deum. Similiter Serv. Aen. IV 252. Non procul ab hoc monte Mercurium alitum esse tradidit Philostephanus apud schol. Piud. Olymp. VI. 144: „*Στύμφηλος, ὑπόκειται τῇ Κυλλήνῃ, ἔστι δὲ Ἀρκαδίας. οἱ κατὰ τὴν μητέρα πρόγονοι τοῦ Ἀγεσίου Στυμφήλιοί εἰσιν. Φιλοστέφανος ἐν τῷ περὶ Κυλλήνης φησὶν Κυλλήνην καὶ Ἑλίκην θρέψαι (τὸν Ερμῆν)*“ Pausanias VIII 16, 1 scripsit: „*ἔστι Τρίκρηνα καλούμενα καί εἰσιν αὐτόθι κρῆναι τρεῖς· ἐνταῦθα λοῦσαι τεχθέντα Ἑρμῆν αἱ περὶ τὸ ὄρος λέγονται νύμφαι.*“ Idem Pausanias ex alio sermone retulit VIII 36, 10: „*ὑπὸ τούτῳ δὲ τῷ λόφῳ (Ἀκακησίῳ) πόλις τε ἦν Ἀκακήσιον, Ἑρμοῦ τε Ἀκακησίου λίθου πεποιημένον ἄγαλμα καὶ ἐς ἡμᾶς ἐστιν ἐπὶ τοῦ λόφου. τραφῆναι δὲ Ἑρμῆν παῖδα αὐτόθι καὶ Ἄκακον τὸν Λυκάονος γενέσθαι οἱ τραφέα Ἀρκάδων ἐστὶν ἐς αὐτὸν λόγος.*“ et idem IX 23, 3: *τραφῆναι δὲ ὑπὸ τῶν δένδρων τὸν Ἑρμῆν τούτων νομίζουσιν*“ (ante templum Tanagrae Mercurio Promacho dedicatum.)

Philostratus eum ab Horis in Olympo nutritum esse scripsit vit. Apoll. V 15: „*ἐνθυμεῖται τὰς Ὥρας, ὑφ ὧν αὐτὸς ἐν κορυφαῖς τοῦ Ὀλύμπου ἐτφάφη.*“

Nonnulli scriptores ab huius dei nutrimentis originem galaxiae deduxerunt. Mercurium tradidit Eratosthenes, cum Iovis filii immortalitatem non consequerentur, nisi Iuno iis mammam praebuisset, deae dormienti suppositum esse. Nesciam illam ei lac dedisse, experrectam autem, postquam Maiae filium esse cognovisset, eum a se reiecisse ita ut lacte profuso galaxia oreretur. Eratosthenis narratio nobis non servata est. Audiamus igitur eos, qui dixerunt se eo usos esse: Hyginum astr. II 43: „Eratosthenes enim dicit in*) Mercurio infanti puero insciam Iunonem dedisse lac, sed postquam rescierit Maiae filium esse, reiecisse eum a se, et ita lactis profusi splendorem inter sidera apparere.“ Similiter Achilles Tatius in Arat. p. 168: „*ὁ δὲ γαλαξίας καλεῖται μέν, ὡς οἱ μῦθοί φασιν, οἱ μὲν Ἡρακλέα, οἱ δὲ Ἑρμῆν, ὅτε προσετέθη τῷ μαζῷ τῆς Ἥρας ὑπὸ τοῦ Διός, ἵνα κλέψειεν ὁ θεὸς τοῖς τέκνοις ἀθανασίας τροφήν, ἡ δὲ*

---

*) quare „in M.“ scripserim vide p. 13.

ἐπεὶ ἐξανέστη, ἠγανάκτησε πρὸς τὴν κλοπὴν καὶ τὴν θηλὴν τοῦ στόματος ἀπέσπασε βίᾳ, ἐκμυζῶντος ἔτι τοῦ παιδίου. ὡς τότε τῇ θηλῇ ῥέον τῷ οὐρανῷ κύκλῳ περιχυθὲν ἐκτυπῶσαι τὸ σχῆμα τῆς ἐκροῆς.“ Idem Tatius secum pugnans p. 146 E galaxiam inde ortam esse, quod infans propter nimiam aviditatem tantam lactis multitudinem adpetivisset, ut in ore continere non posset: „περὶ δὲ τούτου φησὶν Ἐρατοσθένης ἐν τῷ Καταστερισμῷ μυθικώτερον, τὸν γαλαξίαν κύκλον γεγονέναι ἐκ τοῦ τῆς Ἥρας γάλακτος· τοῦ γὰρ Ἡρακλέους ἔτι βρέφους ὄντος καὶ τὸν μαστὸν τῆς Ἥρας ἐπισπασμένου σφοδρότερον ἐκείνην ἀντισπάσαι, καὶ οὕτωσ περιχυθέντος τοῦ γάλακτος κύκλον γενέςθαι παγέντος. τὸ δὲ αὐτὸ καὶ ἐπὶ τοῖ Ἑρμοῦ λέγει γεγενῆσθαι Ἐρατοσθένης, ὡς ἄρα ὁ Ἑρμῆς τοῦ μαστοῦ τῆς Ἥρας ἐπεσπάσατο.“ Quod Hyginus et Achilles Tatius Eratosthenem fontem dixerunt, tamen de galaxiae origine discrepuerunt, efficitur Eratosthenem discrepantia tradidisse. Sed neminem dubitare puto, quin de eadem re diversis modis non fabulatus sit nisi in diversis operibus. An putas scriptorem res secum repugnantes in uno eodem libro scripsisse? Robertus quidem (Eratosth. rel. Catast. p. 30.) „At concedes satis mirum esse“ inquit „Achillem Tatium ita Catasterismorum fragmentum cum fabula ex Mercurio petita coniunxisse;“ equidem non mirum puto. Immo vero ex eo, quod Eratosthenis nomen iterum praescripsit, colligendum est, ex diversis huius scriptoris libris Tatium hausisse. Itaque Hillero (Eratosth. carm. rel. p. 7) assentior atque Tatii verba *τὸ δὲ αὐτὸ καὶ ἐπὶ κτλ*, cum prior pars secundum ipsius testimonium ex Catasterismis hausta sint, Mercurio tribuo. Si assentiris, concedes Hyginum, qui eandem fabulae formam servavit, ex Mercurio sua hausisse. Qua de re Robertum non recte fecisse puto, quod Hygini narrationem quamvis dubius in Catasterismorum reliquiis posuit. Abeat igitur ea narratio ex sede, quam per Robertum iniuste occupaverit.

Quae cum ita sint, nihil dubitavi „in Mercurio“ in textum (p. 11) recipere, quam lectionem cod. Reginens. et Montepessulan. praebent (alii „Mercurio“), quos codices magna auctoritate esse Bursianus affirmavit.

Iunonem sua sponte lactantem induxerunt myth. Vat. I 119, III 9, 2.

Reliquum est, ut commemorem, quae Welckerus ad Philostr. imag. I 26 notavit: „Mercurio mammam praebet (Maia) in ara quadrilatera . . quam Zoega a. 1791 Romae descripsit.“

De lyrae inventione.

I. Lyram deus ante boum furtum invenerit necne.

Interest inter hymnum Homericum et Apollodori narrationem. Hic enim citharam inventam esse scripsit, cum Mercurius a furto et caede boum redux antrum ingredi vellet, cum hymni poeta lyrae inventionem ante furtum factam referret. Refutanda mihi videtur sententia Prelleri*), qui Apollodori relationem antiquiorem esse affirmavit. Nam quo quaeque res relata est simplicius, eo maiorem habet antiquitatis speciem.**) Scriptores enim, qui postea exstiterunt, quo maiorem gratiam suis scriptis conciliarent, priorum fabulas saepe rudi modo et temere dictas emendaverunt et consilio quodam perpoliverunt. Quaerendum igitur est, utra narratio maiorem simplicitatis speciem habeat. Auctor hymni nihil de inveniendo plectro dixit et corium bubulum in lyra expansum retulit, chordas autem agninas fuisse narravit, parum sollicitus, unde Mercurius has res accepisset. Conferamus Apollodorum. Is quaesivisse videtur,

*) Pauly: Real-Encycl. p. 1853.

**) Hermann hymn. Hom. prol.

unde corium bubulum, unde chordas Mercurius sibi paravisset; qua re boves ante lyrae inventionem mactatas esse scripsit, ut postea chordas ex bobus, quas mactavit, expandere posset. Propterea satis apparere puto, hymni narrationem multo simpliciorem esse et ob id ipsum quoque antiquiorem. Cum Apollodoro consenserunt Eratosth. Catast. 24 verbisque iisdem ipis usa Eudocia et ex Eratosth. hauriens schol. Germ. Arat. B. P. p. 38, 21; apud hos enim boves furto amotae ad lyram comparandam adhibentur. In eundem modum retulit Eustath., nam is lyram *εἰς λύσιν μήνιδος* (ad Il. V 487) et *εἰς λύτρον καταλακτήριον* (prooem. comment. Pind. p. 60) inventam esse scripsit. Ante furtum lyram constructam esse praeter hymnum tradiderunt schol. Il. XV 256 et schol. in Dionys. Thrac. (ed. Bekker an. Gr. p. 752).

II. Quid aetatis deus egerit.

A. Eodem die quo natus est: Sic hymni auctor (v. 20—26) et Apollodorus l. c. et nescio an Lucianus, qui dial. deor. 7 scripsit: „*τὸ ἄρτι τεχθέν*“ et ib. „*τὸ νεογνὸν ὃ μόλις ἕστηκεν, τὸ ἐν τοῖς σπαργάνοις*“.

B. Tres dies natus: Sic schol. Arat. 268 et Theo ad eund. loc. „*τριταῖος ὢν ἀπὸ τοῦ τόκου*“.

C. In prima infantia ita, ut aetas non accurate dicta sit: Avienus v. 618—19 „tenero in aevo“ Arat. Phaen. 268: „*παρὰ λίκνῳ*“ Theo Smyrn. de astr. p. 192: „*ὡς Ἑρμῆς ἔτι* (Martinus pro *ἔστι*) *νέος κτλ*“. Non lyrae sed musicae inventionem deo puerulo tribuit scholiastes Odyss. XXIII. 198: (quod scholium Aegyptium mythum sapit) *Ἑρμῆς παῖς ἔτι ὢν ἐν ἀνθρώποις τέσσαρα μέγιστα εὕρετο, γράμματα καὶ μουσικὴν καὶ παλαίστραν**) *καὶ γεωμετρίαν*“.

Ceteri de aetate dei lyram invenientis nihil scripserunt.

---

*) cf. Orelli 1417.

Conferamus simulacra ex antiquitate nobis servata. Habemus sigillum aheneum*), quo Mercurius puer testudinem, ex qua lyram compingeret, gestans factus est. Similem imaginem praebet gemma quaedam sed ita, ut deus non iam puer sit**). Iuvenem iam eum videmus lyra construenda occupatum in disco***) aheneo Pompeiis nuper reperto. Statuam Mercurii lyram construentis Pausanias commemoravit II 19, 6. Quem non puerili figura fuisse conicio, quia, si deus puerulus factus esset, certe Pausaniam secundum suam garrulitatem silentio non praeteriturum fuisse arbitror.

III. De loco inventionis.

A. In Arcadia.

α. In Arcadia universe dicta: Sic schol. Dionys. Thr. (Bekker. anecd. Gr. p. 752.)

β. In Cyllene monte: Praeter hymni poetam et Apollodorum, quorum hic deum a furto redeuntem ille ad furtum exeuntem ante specum Cyllenes testudinem invenisse induxit (cf. p. 13), hunc montem dixerunt Arat. Phaen. 597 et 272, et Verg. Cir. 107, Horat. ep. III 9, Hygin. astr. II 7. (hoc non ex Eratosth. Catast. hauriens).

γ. In Chelydorea monte Cyllenae proximo: Paus VIII. 17, 4 illo nomine montis videlicet ductus: „*Ἔχεται δὲ ἄλλο ὄρος Κυλλήνης Χελυδόρεα, ἔνθα εὑρὼν χελώνην Ἑρμῆς ἐκδεῖραι τὸ θηρίον, καὶ ἀπ᾽ αὐτῆς λέγεται ποιήσασθαι λύραν*“.

B. Asiae, quod est oppidum Lydiae: schol. Apoll. Rhod. II 777 p. 429, 16: „*καὶ ἡ κιθάρα Ἀσία λέγεται, ἐπεὶ ἐν Λυδίᾳ πρῶτον εὑρέθη*. Etym. M. p. 153, 27: „*Ἀσιάτις· Ἡ τρίχορδος κιθάρα οὕτω καλεῖται. Εἴρηται δὲ, ὅτι ἐν Ἀσίᾳ*

---

*) ed. a. Paciandi Statuetta del. March. di Opit.

**) Impronte gemm. dell. Institut. di corresp. arch. Cent. II. n 11.

***) Mazois les ruines de Pomp. II 2.

τῇ πόλει τῆς Λυδίας κειμένῃ ἐν Τμώλῳ πρῶτον εὑρέθη ... ἢ ἀπὸ Ἀσίου τινός". Similiter Zonar. p. 318.*)

C. In Aegypto. Sic quattuor, quos quidem repererim, scriptores memoriae prodiderunt: Serv. Hon. ad Verg. Georg. IV 464, Isid. orig. III 21, scriptor scholior. in Germ. Arat. Sangerm. p. 150, 17, myth. Vat. II 43. Quod iis communem fontem suppositum esse apparet, quem Reifferscheidius Suetonium putat, iisdem paene verbis retulerunt ut satis sit, unius verba reddere; Serv. ad Georg.: „cum regrediens Nilus in suos meatus varia in campis reliquisset animalia, relicta etiam testudo est; quae cum putrefacta esset, et nervi eius remansissent extenti intra corium, percussa a Mercurio sonitum dedit, ex cuius imitatione cithara est composita". Occasione data errori obsistere volo, quem qui primus fecerit nescio. Apud nonnullos nostri aevi scriptores**) Eusebium productum lego, qui praepar. evang. II 29 hanc de testudine apud Nilum inventa fabulam retulerit. Sed nihil de ea re scripsit.

Ad hanc fabulam refero disci Pompeiani (p. 15) simulacrum. Muellerus quidem ex eo, quod iuxta Mercurium sphinx facta est, collegit (mon. art. antiqu. II 29, u. 326) Boeotiam significatam esse. Equidem ex hac sphinge conclusum volo Aegyptum indicatam esse, quam meam sententiam ab Hirschfeldio praeceptore meo doctissimo probatam esse gaudeo.

IV. De chordarum numero.

In universum ea valebat opinio, lyram a primo inde initio septem habuisse chordas. Sic h. H. v. 51, Lucian. dial. deor. 7. (Apollod. nihil de ea re.)

*) Aliam nominis explicationem lege apud Plut. d. mus. p. 1133.

**) Sic Baumstark (Pauly. Realencycl. s. lyra) et Creuzer (Symbol. u. Myth. I 4 p. 74.

Complures scriptores causam attulerunt, cur hunc ipsum numerum deus dilexerit.

1. „ἀπὸ τῶν Ἀτλαντίδων". Sic Eratosthenes et, quae eum ad verbum exscripsit, Eudocia. 611 et eodem Eratosth. usi schol. Arat. Phaen. 269, Hyg. astr. II 7, schol. Germ. Arat. BP 83, 22 ff. neque non myth. Vat. II 41, Ovid. fast. V 103—107, Avienus Phaen. 624—626.

2. „ex sphaerarum harmonia" Existimabat enim antiquitas coelestium corporum motu sonos concinentes effici, ut scriptum legimus apud Cic. rep. VI 18, Macrob. in Somn. Scip. II 4, 9, Plin. II 84, Plut. mus. p. 1147, animal. procr. p. 1029 B, Arist. Quint. p. 145 sqq. Diod. I 16, Boet. I 27, schol. Dionys. Thr. in anecd. Bekker p. 795, Dio. Cass. 37, 18. Nicomach. Ger. p. 6. Propter sphaerarum harmoniam*) deum septem chordas intendisse scripsit: Alexander Ephesius**) apud Theon. Smyrn. p. 184 et 190 (ed. Martin), Theo Alexandr. in Arat. Phaen. v. 268, Manuel Bryennius Harm. p. 362 (ed. Valisius), Varius Rufus apud Marium Victorin. I 2503 P. (Ribbeck: Scaen. Rom. poes. fragm. 1871 Vol. I 229) et nescio an Nicomachus Gerasenus, qui lyrae VII chordis instructae inventionem Mercurio tribuit, postquam sonos ex planetis nominatos esse scripsit (ed. Meibom. manual I p. 6 et in initio libr. II), Eratosthenes in poemate, quod inscribitur Mercurius***), aliter retulit. Nam is deum non lyrae VII chordas in similitudinem planetarum intendentem induxit, sed sic tradidit, eum lyra constructa ascendentem in caelum

*) Similiter nonnulli septem vocales in litterarum ordine ab sphaeris deductas volunt ut anecd. Gr. ed. Bekker p. 785 et anecd. Oxon. ed. Cramer p. 326.

**) Alexandrum Ephes. fuisse, non Alex. Aetolum quamquam sic a Theone Smyrn. ipso nominatus esset, Hillerus demonstravit in Mus. Rhen. XXVI 586.

***) Hillerus Eratosth. carm. rel. fr. XV contra Bergkium recte haec Mercurio non Catasterismis tribuit.

et per planetas transeuntem miratum esse, quod harmonia cursus illorum impetu edita lyrae suae similis esset. Theo Smyrnaeus enim (ed. Martin) p. 192 scripsit: „φησὶ γὰρ (Ἐρατοςθένης), ὡς Ἑρμῆς ἔτι (Martin pro ἔστι) νέος, ἐργασάμενος τὴν λύραν, ἔπειτα πρώτως (Martin pro πρῶτος) εἰς τὸν οὐρανὸν ἀνιὼν καὶ παραμείβων τὰ πλανᾶσθαι λεγόμενα, θαυμάσας (Hiller. pro θαυμάσοιε) τὴν διὰ τὴν ῥύμην τῆς φορᾶς αὐτῶν γινομένην ἁρμονίαν τῇ ὑπ' αὐτοῦ κατεσκευασμένῃ λύρᾳ ὁμοίαν (ὁμ. Hiller. addidit)*). At quispiam dixerit id hoc loco iniuste a me positum esse, quia Theo paulo infra expressis verbis scripserit Eratosthenem „ἐν δὲ τοῖς ἔπεσι“ lyram „ὀκτάχορδον“ non septem chordis intentam dixisse: „ἐν δὲ τοῖς ἔπεσι φαίνεται ὁ ἀνὴρ οὗτος τὴν μὲν γῆν ἐᾶν ἀκίνητον, ἐν ὀκτὼ δὲ φθόγγοις ποιεῖ ὑπὸ τὴν τῶν ἀπλανῶν σφαῖραν τὰς (Mart. pro ταῖς) τῶν πλανωμένων ἑπτά, καὶ πάσας κινῶν περὶ τὴν γῆν καὶ τὴν λύραν ποιούμενος ὀκτάχορδον ἐν τῇ διὰ πασῶν συμφωνίᾳ, ὁ μουσικώτερος Ἀλεξάνδρου“. Sed iam Hillerus sagacitate sua demonstravit, Theonem non Eratosthenis sententiam in hoc scribendo attulisse, sed suam ipsius, quam falso sibi finxit ex duobus hexametris Eratosthenicis (Hillerus fr. XVII): „ὀκτὼ δὴ τάδε πάντα σὺν ἁρμονίῃσιν ἀρήρει, ὀκτὼ δ' ἐν σφαίρῃσι κυλίνδετο κύκλῳ ἰόντα ἐνάτην περὶ γαῖαν“. Theo enim, exiguae eruditionis homo, illa „Ἐρατοσθένης φησὶ κτλ“ non ex Eratosthene ipso sed ex Adrasti Peripatetici in Platonis Tim. commentario (Mus. Rhen. XXVI p. 582 sqq.) exscripsit, nescius ad carmen quoddam ea referenda esse (Hiller. Eratosth. rel. p. 41). Quam ob rem cum ex alio scriptore — ex Moderato Hillerus coniecit — duos hexametros illos cognosceret, sententiam ex Adrasto relatam sibi complendam putans addidit: „ἐν δὲ τοῖς ἔπεσι κτλ“. Haec igitur verba in illis duobus hexametris solis posita sunt. Quamobrem Hillerus (p. 42) recte

*) Haec latine reddidit Chalcidius in comment. in Plat. Tim. 72.

hoc Theonis testimonium pro nihilo putandum esse comprobavit atque Cicerone (de rep. VI 18) et Macrobio (in Somn. Scip. II 4, 9) collatis ostendit illis Eratosthenis verbis non affirmatum esse, lyrae a Mercurio inventae octo chordas intentas esse. Causis, quas Hillerus (l. c. p. 42) pro heptachordi inventione attulit, hanc addendam volo: Eratosthenes, quae in Catasterismis (XXIV) de Mercurii natu, boum furto, lyrae inventione leviter transiit et tantummodo perstrinxit, ea carmine, quod Mercurius inscribitur, copiosius atque uberius pertractavit. Itaque cum illic septem chordas deum intendentem ex Atlantidum numero induxisset, hoc quoque carmine eundem numerum dictum esse veri est simillimum.

Ne quidquam omisisse videar, nunc eos scriptores enumerem, a quibus eadem quidem causa, ut septem chordae intenderentur, harmonia sphaerarum dicta est, sed non Mercurius inventor: Apollinem numero planetarum ductum esse Macrobius tradidit. (I 19), Terpandrum Boetius de mus. inst. I 20 p. 1075*), doctos homines Cicero de rep. VI 18.

Manuel Bryennius duas lyras septem chordarum, graviorem et acutiorem, Mercurio tribuit l. c. p. 464 „Ἑρμοῦ ἀρχαιόιροπον βαρυτέραν ἑπτάχορδον“ et „Ἑρμοῦ ἑπτάχορδον λύραν ὀξυτέραν“ commemoravit.

Cum hac relatione, qua Mercurius heptachordi inventor dictus est, discrepuerunt ii scriptores, qui expressis verbis ei inventionem lyrae tribus vel quattuor nervis instructae tribuerunt, deinde qui alium ac Mercurium primum lyra septem chordarum usum esse scripserunt. Ac primum quidem hos confero: A nonnullis Apollo heptachordi inventor dictus est. Cur hic septem chordas primus adhibuerit, alius aliter rettulit: Proclus Philochoro usus ad Hes. oper. et. dies 770, quod Apollini omnino heptas sacra

*) Unde haec Boetu falsa opinio fluxerit, cf. p. 20 sq.

fuisset, Macrobius l. c. propter tot caelestas sphaeras, Callimachus hymn. in Delum, quia cycni septies Delum insulam Latona pariente cantantes circumnatassent (h. v. 249—255). Eundem chordarum numerum Apollini Hyginus tribuisse videtur, cuius fabulam 277 Schmidtius sic refecit: idem Mercurius primus lyram tribus (quattuor?) fidibus instruxit, Apollo in cithara ceteras adiecit (verbis „idem — instruxit“ suppletis). Pausanias in describendis rebus Boeoticis rumore videlicet ductus ibi circumlato Amphionem ad priores quattuor nervos tres addentem induxit IX 5, 7. Strabo et Plinius et Boetius Terpandrum primum septem chordis cecinisse scripserunt. Audiamus Strab. XIII 618: „*Τέρπανδρον γεγονέναι φασὶ τὸν πρῶτον ἀντὶ τῆς τετραχόρδου λύρας ἑπταχόρδῳ χρησάμενον. καθάπερ καὶ ἐν τοῖς ἀναφερομένοις ἔπεσιν εἰς αὐτὸν λέγεται: σοὶ δ᾽ἡμεῖς τετράγηρυν ἀποστέρξαντες ἀοιδὰν ἑπτατόνῳ φόρμιγγι νέους κελαδήσομεν ὕμνους*“. At falsa et eius sententia et eo orta, quod Strabo *τετράγηρυν ἀοιδὰν* interpretatus est pulsationem lyrae quadrichordae. Ab hoc vocabulo autem omnem chordae mentionem alienam fuisse Volkmannus (Plut. de mus. p. 81) collato Homerico *μελίγηρυς* effecit docuitque fortasse cum nomo tetraoedio committendum esse. Itaque Terpander dixit, se heptachorda lyra novam editurum esse cantilenam, novum nomum spreto antiquo tetraoedio, ut germanice reddamus: ich werde auf der siebensaitigen Lyra Hymnen singen nach neuem Nomos, nicht mehr nach dem Nomos tetraoedius. Haec recta interpretatio eo firmatur, quod testimonia accedunt, quibus lyram septem chordarum iam antiquissimis temporibus exstitisse docemur: Sic Euphorionis doctissimi grammatici gravissimum apud Athenaeum (XIV p. 635 F) testimonium: „*τὰ πυλύχορδα τῶν ὀργάνων ὀνόμασι μόνον παρηλλάχθαι, παμπάλαιον δ᾽αὐτῶν εἶναι τὴν χρῆσιν*“. Nec non Aristotelis problem. XIX 32: „*ὅτι ἑπτὰ ἦσαν αἱ χορδαὶ τὸ ἀρχαῖον*“. Minoris

momenti Isidori auctoritas est, orig. III 21: „antiquitus cithara septem chordis erat“. Adde Manuel Bryenn. l. c. In eundem errorem ac Strabo incidit Boëtius l. c. et Plinius nat. hist. VII 56: septem chordis primum cecinit tribus ad quattuor primas additis Terpander“. Quia cum alii docti homines tum Ottfr. Muellerus*) eodem falso modo illos Terpandri versus interpretati ex versu hymni Hom. 51: „*ἑπτὰ δὲ συμφώνους ὀΐων ἐτανύσσατο χορδάς*“ colligere voluerunt, quanto tempore hymnus compositus sit, de hymni aetate, quantum mihi opus est, dicam. Illi enim versibus Terpandri lectis hunc heptachordi inventorem arbitrati posuerunt, hymnum non ante ann. a. C. 670 pactum esse, quibus temporibus Terpander floruit. Sed cum eum non primum septem chordis cecinisse intellexerimus, ex illo versu hymni nihil effici potest. De aetate hymni ex dicendi genere concludendum est. Quod**) et multa alia sermone Homerico aliena inveniuntur et circiter viginti vocabula, quae in tragoediis demum Atticis leguntur, et quod ad sex voces reperiuntur, quae adhibebantur a posterioribus scriptoribus, verisimile et hymnum paulo ante rei scaenicae Graecorum originem compositum esse.

Lyram ab initio tres chordas habuisse retulerunt hi: Diodorus I 16: „*λύραν δὲ* (Ἑρμῆν) *τρίχορδον νευρίνην ποιῆσαι* (causam adferens) *μιμησάμενον τὰς κατ᾽ ἐνιαυτὸν ὥρας τρεῖς γὰρ αὐτὸν ὑποστήσασθαι φθόγγους, ὀξὺν καὶ βαρὺν καὶ μέσον, ὀξὺν δὲ ἀπὸ θέρους, βαρὺν δὲ ἀπὸ τοῦ χειμῶνος, μέσον δὲ ἀπὸ τοῦ ἔαρος.*“ Easdem tres chordas et iisdem anni temporibus respondentes, sed ab Apolline non a Mercurio lyrae intentas esse poeta hymni Orphici, qui dicitur, in Apollinem pacti scripsit v. 21 sqq. „*μίξας χειμῶνος θέρεός τ᾽ ἴσον ἀμφοτέροισιν, ἐς ὑπάτας χειμῶνα, θέρος νεάταις διακρίνας, Δώριον εἰς ἔαρος πολυηράτου ὥριον*

*) Griech. Litteraturgesch. I. 132 sqq.

**) Greve. de hymn. in Mercur. Hom. Münster 1867.

ἄνθος." V. 22. Dietschius in editione (1822 Erlangen) falso germanice reddidit: „Winter im höchsten Getön, im untersten Sommer bescheidend." *Ὑπάτη* autem explicata est apud Suidam: „*χορδὴ μουσικὴ βαρὺν φθόγγον ἀποτελοῦσα.*" Quare recte dixisse mihi videor et apud Diodorum et apud hymni scriptorem iisdem anni temporibus easdem respondere chordas. Tres (vel quattuor) chordas Hyginus dixit fab. 277. (cf. p. 20). Tribus quoque praeditam ii nominaverunt lyram, qui Asiae, quod est oppidum Lydiae, eam inventam eaque de re Asiadem appellatam esse affirmaverunt (cf. p. 15 sq.). Censorinus c. 12 lyrae trium chordarum inventionem Apollini tribuit.

Lyrae quattuor chordis instructae inventionem Mercurio tribuerunt Macrobius et Boetius et nescio an Hyginus fab. 277 (cf. p. 20). Macrobius allegoricam explicationem addens I 19: „quattuor latera eadem ratione finguntur, qua et tetrachordum Mercurio attributum, quippe significet hic numerus vel totidem plagas mundi vel quattuor vices temporum, quibus annis includitur, vel quod duobus aequinoctiis duobusque solstitiis zodiaci ratio distincta est." Boetius I 20 p. 1075: „simplicem fuisse principio musicam Nicomachus refert adeo, ut quattuor nervis constaret, idque usque ad Orpheum duravit . . . Cuius quadrichordi Mercurius dicitur inventor" Causa apud eum Mercurio est: „ad imitationem scilicet musicae mundanae, quae ex quattuor constat elementis." Nicomacho ad hoc scribendum fonte se usum esse Boetius ipse dixit. Sed falsa est sententia Pauli (Boetius u. d. griech. Harmonik p. 203), qui posuit: „möglicherweise ist die von Boetius benutzte Abhandlung dieselbe, welche Meibom in seine Sammlung der griechischen Musik aufnahm." Nam Nicomachus illo libro verbis expressis affirmavit, Mercurium lyram septem chordarum invenisse; scripsit enim II 1: „*τὴν λύραν τὴν ἐκ τῆς χελώνης φασὶ Ἑρμῆν εὑρηκέναι καὶ κατασκευάσαντα*

ἑπτάχορδον." A quibus abhorrens Lysanias apud Aelium Festum Aphthonium de carm. appell. p. 241 (ed Gaisford) inventionem quadrichordi nescio cui Melinae tribuit (v. Schmidtii Didymi frgm. p. 396) „*μέλος* autem, quod ex his nascitur, dictum putant a Meline, Oceani filia, quam primam quattuor chordis usam affirmat Lysanias."

V. De *λύρας* et *κιθάριος* et *κιθάρας* et *φόρμιγγος* discrimine.

Haud ita multo ante haec res ab Westphalio (hist. mus. 1869 p. 91) ad liquidum perducta est, ante hunc virum obscura nobis et perplexa erat. Alii quidquam discriminis intercessisse negaverant, alii putaverant in forma externa discrimen constare, Volkmannus autem (Plut. de mus. p. 153) in chordarum intentione ita, ut „discrimen ad id redisset, quod inter recentiora duo instrumenta esset, quorum alterum Italo nomine viola, alterum viola di braccio appellata esset". Westphalius l. c. primus interesse inter *κίθαριν* et *κιθάραν* demonstravit effecitque *κίθαριν* nihil aliud esse ac lyram, *κίθαριν* ab Ionibus dici, quae vulgo lyra, recte interpretatus Ammonii de diff. voc. p. 82; adpono huic loco Etymol. Gud. p. 321, 43:

Ammon.	Etym. Gud.
„*κίθαρις καὶ κιθάρα διαφέρει, φησὶν Ἀριστόξενος ἐν τῷ περὶ ὀργάνου.*	„*κίθαρις καὶ κιθάρα διαφέρει.*
Κίθαρις γάρ ἐστιν ἡ λύρα καὶ οἱ χρώμενοι αὐτῇ κιθαρισταί, οὓς ἡμεῖς λυρῳδόυς φαμεν, κιθάρα δὲ ᾗ χρῆται ὁ κιθαρῳδός"	*Κίθαρις μὲν γάρ ἐστιν ἡ λύρα· καὶ τοὺς χρωμένους αὐτῇ κιθαριστὰς λέγομεν, οὓς ἡμεῖς λυρωδοὺς φαμέν·* (l.: *λυρῳδοὺς φαμεν*), *κιθάρα δὲ ᾗ χρῶνται οἱ κιθαρωδοί*" (l.: *κιθαρῳδοί*).

Citharoedi igitur vocabantur, qui cithara, citharistae autem, qui lyra canebant. Iam C. de Ianus (de fidib. Gr. 1859 dissert. Berolini) recte intellexit, *κιθάραν* ad sacrum musicum agonem adhiberi solitam esse, *λύραν* autem ad res profanas usurpari. Itaque fit, ut *κιθάραν*, si antiqua simulacra perscrutamur, in manibus citharoedorum videamus, qui stola ad pedes defluenti amicti plerumque in suggestu canunt, saepe coronati, interdum Victoria modo coronam praebente vel agonis iudice adstante. Omnino eam cum rebus coniunctam invenimus, quae ad agonem pertinent.*) Comparemus *λύρας* vel *κιθάριος* usum. Hac canebant modo ad ludos gymnicos, modo ad convivia, modo ad saltationes. Usui quoque erat hominibus musicae artis peritissimis, velut Orpheo, Musaeo, sed feminis quoque et puerulis. Nunquam in agone adhibitam invenimus. Phorminx poetice dicebatur pro lyra.**)

Haec, quae dixi, ad hymni Homerici interpretationem maximi momenti est. Nam hymni editores alii in eo offenderunt, quod ceteris locis *κίθαρις* et *φόρμιγξ*, v. 423 autem *λύρα* dicta sit, alii hanc rem rationibus debilibus excusare, ut ita dicam, conati sunt, alii, in quibus Ilgenius et C. de Ianus (l. c. p. 7 et archaeol. Zeitg. 1858 Denkm. u. Forsch. Nr. 115), ut illam offensionem tollerent, v. 423 eiecerunt. Id quod facere posse ea de causa sibi videbantur, quia *λύρα* nunquam in carminibus Homericis legeretur. Apud

*) C. de Janus, l. c. nota 33: „Unam tantum vidi imaginem, Graeca ratione pictam (Millin. vases I 59), in qua designata est femina sedens in iuvenis lectulo et canens cithara. Iam hoc quidem dici potest, illam venerari numen aliquod divinum veluti Venerem, tamen est mirum, quod non in hac re privata ei appicta est lyra. Itaque hoc tantum restat, ut dicamus una imagine nihil contra alias sexcentas demonstrari.

**) Janus l. c. p. 3—5 phormingem eandem ac citharam fuisse falso putavit, quo factum est, ut ipse fateretur (p. 6) nonnunquam pro lyra positam esse.

Homerum non legitur; sed non nobis fas est, vocem eiusmodi denegare hymno, qui trecentis (cf. p. 21) fere annis post scriptus est. Itaque non est, cur ille versus spurius existimetur. Res ita se habet, ut nihil offendendum, nihil excusandum, nihil eiciendum sit; nam instrumentum nunquam *κιθάρα*, sed v. 423 *λύρα*, v. 449, 509, 515 *κίθαρις* (v. 515 cod. D falso *κιθάρη*), v. 506 *φόρμιγξ* appellatum est, quae tres voces unam eandem rem significant.

Ex iis, quae antea dixi, citharam usurpatam esse in certaminibus musicis, declaratur, quomodo factum sit, ut a nonnullis lyrae inventio Mercurio, citharae Apollini daretur, si quidem Apollo agonis musici deus erat et ipse saepe citharoedorum stola amictus cithara canens in simulacris formabatur.

Diodorus V 75, 3 instrumentorum inventiones ita descripsit, ut Mercurium lyram post citharam ab Apolline disiectam invenisse diceret. Ex hoc sequitur, ut Diodorus citharam ab Apolline prius quam lyram a Mercurio inventam esse putaverit. Cui opinioni obstat primum, quod ex difficiliore et subtiliore citharae constructione intellegendum est id instrumentum posterius esse. Tum illi opinioni repugnat testimonium Plutarchi, qui a Cepione, Terpandri discipulo, formam citharae factam esse scripsit (de mus. p. 1133 C.). Post Photius bibl. p. 523 ex Proclo hauriens expressis verbis docuit Chrysothemin exstitisse auctorem, ut homines singuli solemni veste ornati Apollinem cantu citharae celebrarent, cum antea chori una cum lyris tibiisque cantavissent. In eundem errorem in quem Diodorus Lucianus incidit, citharae inventionem ante lyram ponens. Nam is Apollinem Vulcano de lyra Cyllenia certiori facto haec narrantem induxit, dial. deor. 7: „*ἐμελῴδει* (*ὁ Ἑρμῆς*) *πάνυ γλαφυρὸν καὶ ἐναρμόνιον, ὡς κἀμὲ αὐτῷ φθονεῖν τὸν πάλαι κιθαρίζειν ἀσκοῦντα.*“ Sed hoc testimonium leve est; Luciani enim magis facete scribere intererat quam accurate,

Addo scriptores, qui Mercurium lyram, Apollinem citharam invenisse tradiderunt, ceteros: Bion. (ed. Ahrens) IX 6—9, Paus. V 14, 8, Hygin. astr. II 7, Sidon. Apoll. I 7, Lucian. dial. deor. 15, Plut. de mus. 1135 E.

Iano et Westphalio assensus sum, citharamque non nisi in agonibus usurpatam esse affirmavi. Sed multos in veterum scriptis reperi locos, in quibus citharam ad alias res adhibitam legimus: Lucianus de salt. 16 scripsit eam una cum tibiis comitem saltandi fuisse, Athenaeus XIV 627 D. sqq. eam adhibitam esse a legatis, quo facilius, quae vellent, implorarent. Adde Plut. de mus. p. 1136 B et de Anton. p. 927. Quid? Aliam atque in agone citharae usurpationem nonnulli dixerunt? Immo vero etiam confuse eodem loco *κιθάρα* et *λύρα* dictae sunt: sic a schol. Nic. Alex. 560: „*τὴν κιθάραν, τὴν ἐκ τῆς χελώνης αὐτῷ κατεσκευασμένην, τὴν λεγομένην χέλυν, ὅθεν καὶ λύρα ἐκλήθη.*“ et ab eodem paulo infra; ab Suida: „*κιθάρα λύρα*“; ab Hesychio item; a Palaephato 42, 1 *κιθάρα* in eadem occasione, in muris exstruendis, scripta est, 42, 3 in eadem occasione *λύρα*. Sed tantum abest, ut omnibus his locis commotus ex sententia mea discedam, ut contra testimonio illo gravissimo Ammonii ex Aristoxeno hausto et simulacris nixus hos testes prorsus neglegendos putem, sive illam citharae usurpationem non cognoverunt, sive neglegentius scripserunt.

De furto boum.

I. De aetate Mercurii furantis.

A. Eodem quo natus est die: Sic. hymn. v. 20—22, Apollod. III 10, 2. Philostr. imag. I 26.*)

*) Lucian dial. deor. 7. deum unius diei puerulum diversa furta perfecisse tradidit.

B. In prima pueritia. Horat. carm. I. 10.

C. A quibus abhorrens Ovidius nobis deum iuvenem tradidit fuisse, nam apud eum Mercurius bobus abactis Batto punito statim in Arcteas arces profectus iuvenem pulcherrimum Hersae se obtulit. Utrum Ovidius illam de Mercurio infante fabulam non cognitam habuerit, an, quamquam habuit, ut bonam sibi ad proxima transitionem faceret, mutaverit, affirmari certe non potest. Haud scio an conicias fabulam hanc ei ignotam fuisse ex eo, quod Antoninus Liberalis eodem fonte usus nihil de aetate dixit, quippe qui alioquin tantam subtilitatem in enarrandis transformationibus adhibuerit, ut de aetate puerili verba facturum fuisse putem, si hanc fabulae rationem cognovisset.

Huic fabulae debemus multas et pulchras statuas, quibus Mercurius furax puer fictus est. Alio simulacro deum factum videmus puerum, qui callide ridens de furto faciendo cogitare videtur*), alio puerum, qui saculo *κερδῷος* notatus est**) alio puerulum fasciis involutum astute boves speculantem ita, ut hymno dictus est***). Museo Gregoriano videmus imaginem in calice factam, quae nobis pastorem et gregem praebet et sub ansa Mercurium gregem furatum in cunis iacentem.

II. Qua ex re Mercurius furtum fecerit.

A. Cupiditate carnum ductus. Sic puerili quadam simplicitate h. H. v. 64 narratum est. „*κρειῶν ἐρατίζων.*“

B. Ex furando voluptatem capiens. Sic Horat. carm. I 10, 7 (furtum iocosum), Acro et Poephyrio ad eum locum, Philost. imag. 26 et vit. Ap. V 15, ubi causam accuratius exposuit, quod ab Horis ei infanti amor Apollinis boum

*) Clarac: musée de sculpt. pl. 317.

**) Hirt. tab. VIII 2. Stat. del Mus. Pio Clementin. I 5 Mueller II.

***) Gemma apud Lippert. Dactyl. Supplem. n. 186, Mueller n. 334.

iniectus sit. Scholiastes ad. Iliad XXIV 24 cupiditatem furandi scite sic declaravit: „ἐπιθυμίαν ἔσχε τοῦ κλέπτειν, ὅτι καὶ Ζεὺς κλέψας τὴν Ἥραν ἐμίγη Μαίᾳ“ *).

C. Interpretatio allegorica: Eodem fonte usi scripserunt Porphyrion ad Hoc. carm. I 10, 9–12, Vat. myth. I 119 Isid. orig. VIII 11: „quia sermo (Porph: quia oratio, cuius inventor est) animos audientium fallit“. Alias explicationes allegoricas protulerunt myth. Vat. II 42, III 9, 3.

III. Cuius boves fuerint.

A. Deorum. H. v. 70—71 „θεῶν μακάρων βόες ἄμβροτοι“, v. 276 et 309 (verba ad Apollinem facta sunt): „μήτε τιν' ἄλλον ὄπωπα βοῶν κλοπὸν ὑμετεράων οὐ γὰρ ἔγωγε ὑμετέρας ἔκλεψα βόας.“ Nihil habet offensionis, quod v. 22 „Ἀπόλλωνος βόες“ et v. 102 „Φοίβου Ἀπόλλωνος βοῦς“ et v. 340: „ἐμὰς (Apollo verba facit) βοῦς“ legitur, nam in nostra quoque lingua saepe „boves pastoris“ parum accurate pro „boves domini“ dicuntur. Apollodorus III 10, 2 de possessore boum nihil dixit nisi: „βόας, ἃς ἔνεμεν Ἀπόλλων.“ Quomodo Baumeisterus (ad h. H. v. 71) ex his verbis collegerit, Admeti boves esse, non intellego. Equidem quamquam certe concludi non posse fateor, boves, cum eandem pastionem quam in hymno habeant iisdem possessoribus tribuo deis.

B. Apollinis. Sic Alcaeus apud Paus. VII 20, 4, Eratosth. Catast. 24, ex quo fonte schol. Arat. Phoen. 268 et schol. Germ. Arat. BP p. 83, 21 et idem Eratosth. in Mercurio suo (Hiller l. c. fr. 1), quem locum schol. Il. 24. 24 servavit, Philostr. im. I 26, vit. Apoll. V 15, schol. Il. 15, 256, Eustath. Od. 21, 391 Il. 5, 487; 24, 24; anecd. Gr. (ed Bekker) p. 752. — Lucan. Phars. 6, Hygin. (non Catast. usus) II 7; testis quoque est Antoninus Liberalis. Baumeistero enim (h. H. p. 71) dominum boum Admetum esse ponenti obloquor. Audiamus igitur Antoninum ipsum fab. 23: Ἑρμῆς ἐπιβουλεύει τῇ ἀγέλῃ τῶν βοῶν τοῦ Ἀπόλλωνος· αἱ δὲ ἐνέμοντο, ἵναπερ ἦσαν αἱ Ἀδμήτου βόες.“ Qui igitur boves Admeti haberi possunt, quoniam dilucide Antoninus scripsit, Apollinis boves una cum Admeti pecude pastas esse?

*) Similiter Callimachus h. Dian. v. 20–25 scripsit, Dianam parientes propterea adiuvare, quia mater eius in ea parienda non doluerit.

C. Admeti Apolline pastore. Sic. Eurip. Alc. 1—9, 568 sqq., Apoll. Rh. I 54, Orph. Arg., schol. Nic. Alex. 560, Eustath. (secum pugnans, cf. p. 28) ad Il. 24, 343. — Verg. Georg. III 2, Ovid. met. II 677 sqq. fast. V 691 sqq. Tibull. II 3, 11 („tauros“ quidem) et III 4, 67, Prob. ad Verg. Georg. III 2, Serv. ad Verg. Aen. VI 398 Georg. III 2, schol. Vergil. e cod. rescript. Veronens. (ed. a Keilio) ad Georg. III 2, Hygin. fab. 14, Auson. ep. 7, 15, Acron Hor. c. I 10, 9, Lact. Pl. II 11, myth. Vat. I 46, II 43 et 128.

Apollinis munus pastorale iam Il. II 763 sqq. significatum est, sed non boum: Ἵπποι μὲν μέγ' ἄρισται ἔσαν Φηρητιάδαο . . . . . . τὰς ἐν Πηρείῃ θρέψ' ἀργυρότοξος Ἀπόλλων.“ Item Callimachus h. Apoll. v. 48: „ἐξότ' ἐπ' Ἀμφρυσσῷ ζευγίτιδας ἔτρεφεν ἵππους.“

IV. Quo loco boves pastae sint.

A. In Pieria. Sic. h. H. v. 69 sqq. Ad quem versum Baumeisterus parum considerate notavit, credibile esse antiquitus huius furti scenam non longe a Pylo et ab Arcadia afuisse, id quod fabula ibi narrata de Batto et fons Pieria prope Alpheum (Paus. V 16, 8) satis demonstrarent. Postea autem illas de Admeto fabulas cum furto boum Mercurio coeptas esse confundi atque in unum corpus videri coaluisse, cuius mixtionis vestigia iam in hac ipsa

narratione et apud Hesiodum apparerent. Sed tantum abest, ut assentiar, ut contra fabulam de Batto recentiorem et Pieriam nulla ratione coniunctas putem. Nam ex descriptione, quam hymni poeta de antro apud Pylum sito fecit (cf. p. 38 sqq.), plane elucet, poetam hoc antrum suis ipsius oculis vidisse. Sin autem iam illis temporibus fabula de Batto exstitisset, luce clarius est, si quemquam certe hymni auctorem eam cogniturum fuisse, qui illas ipsos regiones perspexisset. Ex quo facile apparet, de Batto narrationem temporibus huius poetae nondum exstitisse. Quapropter non dubito Antonini Liberalis, qui se ex Hesiodo fabulam de Batto hausisse dixit, testimonium aut plane neglegere aut ad initium modo commentorioli (de amore Apollinis in Hymenaeum) referre, ad quam sententiam Goetlingius (Hes. fr. 37) aliis causis adductus est et quam rectam esse posse Burckhardtius l. c. non negavit. Sed omnis altercatio eo tollitur, quod Hercherus*) codice Palatino 398 adhibito ostendit, illa fontium indicia non ab Antonino facta sed ab aliquo homine docto saeculi p. C. n. III addita esse. Iam si narratio de Batto vetustior erat, quid hymni auctor habebat, cur senem Onchestium induceret? Contra facile est intellectu, cur posteriores, quae antea de sene Onchestio dicta erant, ad lapidem, qui *σκοπιαὶ Βάττου* h. e. lapis garruli nominabatur, retulerint. Nam cum Mercurius minatus esset, fore ut, si quid edidisset, senex poena afficeretur, cumque lapis hominis figura in Pylo esset, cumque is lapis *Βάττου σκοπιαὶ* nominaretur, nihil habet miri, quod ad hunc lapidem illa relata sint. Accedit tertia causa minoris, ut concedo, momenti. Ex antro, in quo Mercurius natus esse dicitur, egredienti late patet prospectus in septentrionem versus (h. v. 65: „*ἆλτο κατὰ σποπιὴν εὐώδεος ἐκ μεγάροιο*“), cum in occidentem versus

*) Jahrb. f. class. Ph. 1855. 71 Bd. p. 452 et Hermes XII 1877 p. 306 sq.

ubi Piera fons sita erat, montis iugum conspectum intersaepiat. Quibus ex causis satis elucet, illum fontem fabula nostra prorsus afuisse. Immo vero ita censeo: in Pieria sacrum deorum gregem pasci putatum esse, quia haec terra inprimis deis iucunda fuerit. Hymno usus Apollodorus III 10, 2 scripsit: „*εἰς Πιερίαν παραγίνεται καὶ κλέπτει βόας.*“ Philostratus imag. I 26: „*βοῦς νεμομένας ἐν τῷ Ὀλύμπου προόποδι.*“ (cf. p. 5 sq.)

B. Circum Pheras. Huc referendi sunt loci, quos III C. (p. 29) contuli.

C. Ovidius quamquam idem munus, quod Apollo regi Admeto pastor fecit, in animo habuit, tamen propter transitionem eum in Elide Messeniaque moratum esse scripsit. Ovidii enim intererat, Apollinem quam longissime ab Chirone removere, qui in Thessalia opem huius dei frustra posceret; itaque scripsit met. II 679: „Elin Messeniaque arva colebas.“

V. De artificio a Mercurio excogitato, ne deprehenderetur.

Cum ceteri auctores satis putassent exponere, quas rationes deus iniisset, ne relictis vestigiis proderetur, Antoninus unus subtilitate magna, proinde ac si accurate sciret, exposuit, quomodo Mercurius furtum ipsum fecisset. Nam cum auctor hymni Apollinem induxisset dicentem, quattuor canes et taurum relictas esse (h. v. 195, 196), parum sollicitus, quomodo factum esset, ut illi semper fideles custodes furtum non observarent, Antonino haec res explicanda esse videbatur. Itaque scripsit l. c.: „*καὶ πρῶτα μὲν ἐμβάλλει ταῖς κυσίν, αἳ ἐφύλαττον αὐτὰς, λήθαργον καὶ κυνάγχην. αἱ δὲ ἐξελάθοντο τῶν βοῶν καὶ τὴν ὕλακὴν* (Iacobs qro „*φυλακήν*“) *ἀπώλεσαν*“. (Huius fabulae memores appellaverunt Hipponax fr. 1 et Hesychius Mercurium *κυνάγχαν*. He-

sychius: „*κυνάχη· . . . κυνάγχα ἀντὶ τοῦ κλέπτα*“ Similiter Tzetz. ad Lycophr. 219). Quin etiam Antoninus explicavit, qua de causa Apollo ipse custodiam neglexisset: „*ἐπεὶ δὲ Ἀπόλλωνα ἰδόντα ἔρως*) ἔλαβε τοῦ παιδὸς (Ὑμεναίου) καὶ οὐκ ἐξελίμπανε τὰ οἰκία τοῦ Μάγνητος*“. Similiter Ovidius met. II 683 „dumque amor est curae“.

Quod dolum vestigia delendi attinet, alius scriptor aliud memoriae prodidit. Quam rationem hymni poeta deum ineuntem fecerit, ut constituamus, nobis v. 75—78, 210, 211, 219—221, 342, 344—345, 355 respiciendi sunt. Ac primum quidem v. 211: „*ἐξοπίσω δ'ἀνέεργε, κάρη δ' ἔχον ἄντιον αὐτῷ* consideremus. Debiles per se causas, quas Greve (d. h. H. in Merc. diss. Monasterii 1867) et Lohsee l. c. protulerunt, ne temporis ac papyri perditi me poeniteat, praetermitto. Hermannus, utpote qui omnia, quae in hymno de recessim euntibus bobus narrata sunt, interpolatori vindicaverit, hunc versum uncis inclusit. Interpolatorem hunc addidisse dixit, ut priori interpolationi v. 75 sqq., (quos versus spurios esse infra videbimus) maiorem fidem adiceret. Atque eo magis Hermannus v. 211 sibi emovendum esse putavit, quod non solum plane vacuus esset, sed paene faceret, ut oratio senis Onchestii Apollini de bobus abactis referentis inepta videretur. Nam si tantum miraculum boves recessim euntes vidisset, non tam neglegenter eum de ea re loqui potuisse. Neglegenter eum loqui concedo. Sed sententiam Frankei secutus tantum abesse puto, ut offendat, ut solicitudinem et anxietatem prodentis, quae tacere iussus erat, senis egregie exprimere videatur. Matthiaei de hoc versu haesitatio tollitur bona Hermanni coniectura *ἔχον* pro *ἔχεν*. Matthiaeus praeterea ex v. 219: „*ὢ πόποι, ἦ μέγα θαῦμα τόδ' ὀφθαλμοῖσιν ὁρῶμαι*“ collegit, senem omnino non de

**) Callimach. h. Apoll. 47 sqq. non Hymenaeum sed proavum eius Admetum ab Apolline amatum esse tradidit.

artificio Mercurii in abigendis bobus Apollini indicasse. Sed cur, cum suis ipse oculis mirabilia illa vestigia conspiceret, Apollini mirari non licuerit, quanquam antea iam de ea re aliquid accepisset? V. 211 igitur fieri non potest, ut eiciatur. Veniamus nunc ad v. 220 sq. „*ἴχνια μὲν τάδε γ'ἐστὶ βοῶν ὀρθοκραιράων, ἀλλὰ πάλιν τέτραπται ἐς ἀσφοδελὸν λειμῶνα*“ et ad. v. 344 sq.: „*τῇσιν μὲν γὰρ βουσὶν ἐς ἀσφοδελὸν λειμῶνα ἀντία βήματ' ἔχουσα κόνις ἀνέφαινε μέλαινα*“. Non intellego, quomodo Hermannus his versibus sententiam suam affirmari voluerit, boves non recessim euntes Mercurium abegisse, sed ultro citroque eas duxisse. Nam et *πάλιν τετραμμένα* et *ἀντία ἐς ἀσφ. λειμῶνα* nihil aliud significant nisi vestigia recta ad pratum conversa. Haec autem nunquam bobus huc illuc actis oriri sed bobus retroversum cedentibus claro clarius est. Si Mercurius boves ultro citroque duxisset, vestigia modo in adversum modo in directum ducere oportuit. Legamus nunc v. 77 sq. „*ἀντία ποιήσας ὁπλὰς, τὰς πρόσθεν ὄπισθεν τὰς δ'ὄπιθεν πρόςθεν· κατὰ δ'ἔμπαλιν αὐτὸς ἔβαινε*“. Quos versus poetae huius hymni tribuendos non esse, inter omnes constat. Sed quod ex eis, quae de v. 211, 219, 220 sq., 344 sq. diximus, elucet, eam de bobus recessim euntibus fabulam expelli non posse, nobis colligendum est, eam si usquam hic commemoratam esse, ubi omnino artificium dei descriptum est. Itaque hos versus nescio quomodo sive parum claros sive plane deletos librarius quidam suis verbis restituit. Videamus nunc versus, quibus boves ultro citroquae ductae commemoratae sunt, genuini sint necne; v. 75 sq.: „*πλανοδίας δ'ἤλαυνε διὰ ψαμαθώδεα χῶρον ἴχνι' ἀποστρέψας· δολίης δ'οὐ λήθετο τέχνης*“. Si Mercurius bobus recessim euntibus Apollinem fallere studebat, quid opus erat, ut eas huc illuc ageret? Hoc artificio poterat supersedere. Poterat? Immo vero mea quidem sententia debebat. Deinde toto hymno boum ultro citroque actarum

non mentio facta est nisi v. 210 „εἶχε δὲ ῥάβδον, ἐπιστροφάδην δ'ἐβάδιζεν“ quem versum Lohseeus l. c. recte ciecit. Atque eo magis hunc versum spurium puto, quod hoc versu deum ῥάβδον tenuisse narratum est, quamquam et ante hunc versum ne verbum quidem de ea factum est et postea Mercurium μάστιγα et ῥάβδον ab Apolline accepisse expressis verbis dictum est. Sed gravissima, cur fabula de bobus huc illuc ductis antiquo poetae non tribuenda sit, causa est haec, quod repugnat v. 220 sq. et 344 sq. (cf. p. 33 sq.), quibus vestigia recta ad pratum conversa dicta sunt, et versibus, quibus Mercurius recta via in regionem Pyliam boves agens propositus est, versui 342: „εὐθὺ Πύλονδ' ἐλάων“ et v. 355 „εἰς Πύλον εὐθὺς ἐλῶντα“. Accedit, quod fabula de recessim euntibus bobus antiquitate non aliena fuit, nam Cacus quoque boves abactas in antrum inversos duxit. Hymno, ut breviter repetam, Mercurius boves retroversum incedentes fecisse sibique calceamenta subligasse narratus est. Quocum discrepans Apollodorus l. c. scripsit: „ἵνα δὲ μὴ φωρηθείη ὑπὸ τῶν ἰχνῶν, ὑποδήματα τοῖς ποσὶ περιέθηκεν“.*) Ab utroque scriptore abhorruit Antoninus l. c.: „ἐξῆπτε δὲ ἐκ τῆς οὐρᾶς πρὸς ἕκαστον ὕλην, ὡς ἂν τὰ ἴχνη τῶν βοῶν ἀφανίσῃ. Parum accurate descripsit Ovidius dolum met. II 686: „arte sua silvis occultabat abactas“. Hillerus l. c. fr. IX Eratosthenis Mercurii versum a Polluce servatum VII 90: „πέλμα ποτιρράπτεσκεν ἐλαφροῦ φαικασίοιο“ ad hoc dolum spectare recte coniecit.

VI. De sene perfido.

Hymno Hom. ita narratum est: Mercurius boves furatus cum Onchesti senem quendam in vineto curando occupatum conspexisset, eum neque audivisse neque vidisse quid-

*) Haec Heynius falso interpretatus est.

quam iussit, minatus eum rem male gesturum esse, nisi mandato pareret. Paulo post ab Apolline interrogatus, ecquem vidisset boves abigentem, minarum immemor quae vidit elocutus est. Quas poenas ab illo Mercurius repetiverit, nihil poeta scripsit. Discrimen inter hymnum et Apollodori narrationem statuamus tertium. Nam is ex hominibus Pylum incolentibus Apollinem quaerentem induxit l. c.: „εἰς Πύλον ἀφικνεῖται . καὶ τοὺς κατοικοῦντας ἀνέκρινεν . οἱ δὲ ἔφασκον. De Batto fabulae auctores nota Antonini verbis adscripta dicti sunt Hesiodus, Antigonus Carystius, Apollonius Rhodius, Nicander, Didymarchus. Hesiodum non de Batto retulisse (p. 29 sqq.) demonstravimus. Ceterorum relationes perierunt. Servatae sunt trium scriptorum narrationes, qui fere eodem modo memoriae prodiderunt. Antoninus hoc modo tradidit: Battus cum Mercurium boves praeteragentem videret, statim eas surreptas esse animadvertit mercedemque poposcit, ne quid enuntiaret. Mercurius praemium pollicitus Battum ad iusiurandum adegit. Grege occultato Mercurius mutata forma revertit, ut tentaret iusiurandum conservaret necne. Itaque chlamydem donans eum interrogavit, nunc quid de bobus sciret. Illum dono corruptum omniaque elocutum Mercurius iratus in lapidem mutavit. Ovidii narratio met. II 684—707, qua antiquiorem non habemus servatam, eadem est praeter leviora quaedam. Battum Nelei pastorem dixit. Altera differentia est haec: Ne Battus in vulgus proferret, Mercurius ei vaccam donabat et rediens, ut periculum faceret, num iuramentum servaturus esset, mercedis loco vaccam taurumque dedit.

Occasionem non praetermittens pauca dicenda puto de voce indicis germanice reddenda. Met. 705 sq. legimus: „periuraque pectora vertit — in durum silicem, qui nunc quoque dicitur index“. Georges et Klotz in lexico suo „index“ interpretati sunt hoc loco „Probierstein“. Neque

vero dubitandum est, quin transferendum sit: „Verräter, Anzeiger“.

Quia Lactantius Placidus fabulis suis argumentum Ovidii metamorphoseon scripsit, narratio eius (II fab. 11) videlicet eadem est, praeterquam quod Battus ab eo non pastor Nelei dictus est sed filius.

Nihil aliud atque errorem puto Linocerii, quod (natal. comit. mytholog. V 5 p. 437) scripsit, alios dixisse, Mercurium eam poenam repetisse, ut Batto vocem adimeret, quae narratio iterum nobis occurrit in Lexico Universali 1747, ex Linocerii libro exscripta. Fontem neque dixerunt neque dicere potuerunt. Vereor ne error inde ortus sit, quod nostrum Buttum cum Batto Cyrenes conditore, qui mutus fuisse dicitur, confuderunt.

Restat, ut quaeramus, in qua regione lapis nomine Batti designatus fuerit. Muellerus*) Battum in Maenali montis scopulo posuit. Curtius**) scripsit ex Antonini testimonio habitasse Battum in regione Maenalia „*ἐπ' ἄκρῳ τῷ σκοπέλῳ*“. At hae sententiae in falsa lectione positae sunt. In itinere, quod Mercurius bobus amotis fecit, describendo Antoninus, sive sibi ipse ad ostentandam reconditam eruditionem finxit, sive iam alius antea finxerat, loca nominatim retulit, quae rectissimam viam a Pieria ad Pylum indicant, ut in talibus fictionibus fieri solet. Deus ex Pieria per Pelasgos boves egit, deinde per Achaiam Phthiotidem, per Locridem, Boeotiam, Megaridem et inde in Peloponnesum per Corinthum et Larissam, quae est arx Argi „*ἄχρι Τεγέας καὶ ἐντεῦθεν παρὰ τὸ Λύκαιον ὄρος καὶ παρὰ τὸ Μαινάλιον* (!) *καὶ τὰς λεγομένας Βάττου σκοπιάς*“. Lectionem librorum *Μαινάλιον* vitiosam esse, sine ulla dubitatione statuas. Nam si viam

---

*) M.: „Die Hermesgrotte bei Pylos.“ in Gerhards hyperb.-röm. Stud. f. Archäologie p. 316.

**) Peloponnes II p. 198.

perscrutamur, non intellegitur, cur Antoninus recte via neglecta deum a Lycaeo monte reducem usque ad Maenalum, inde ad Pylum boves abigentem fecerit, praesertim cum hoc modo ei iterum praeter Lycaeum eundem fuisset. Accedit quod in *παρὰ Μαινάλιον* praepositio *παρὰ* non recte adhibita esset. *Μαινάλιον* ergo corruptum est. Desideratur mons, qui inter Lycaeum et Pylum situs est. Praeterea ex tota fabula elucet, Battum non procul a Pylo afuisse. Auxilio ceterum nobis arcessamus Ovidium, quem ex eodem fonte hausisse vidimus met. II 687 sq: „Senserat hoc furtum nemo nisi notus in illo (Pylio) rure senex“. Quibus ex omnibus causis pro *Μαινάλιον* paucis mutatis pono *Αἰγαλέον*, ut legam: „*ἄχρι Τεγέας καὶ ἐντεῦθεν παρὰ τὸ Λύκαιον ὄρος καὶ παρὰ τὸ Αἰγαλέον καὶ τὰς λεγομένας Βάττου σκοπιὰς*“. Si quaerimus, unde falsa lectio in textum irrepserit, haud difficile intellegitur pro ***AIΓALEON*** a librario facile ***MAINALION*** legi potuisse atque hoc eo magis, quod Aegaleum ita ignotum erat, ut semel (Strabo 8, 359) eius mentio facta sit, Maenalum autem saepissime occurrit. (Nescio an librarius, quamquam *Αἰγαλέον* recte legit, tamen *τὸ Αἰγάλεων ὄρος* in Attica situm cum nostro confundens sibi in *Μαινάλιον* corrigendum putaverit, quia hoc loco opus esse monte Peloponnesiaco intellexit.) Si omnia respicis, coniecturam rectam esse concedes et Battum in Aegaleo monte prope ab Pylo habitasse statues.

Hillerus l. c. p. 26 fragmentum Eratosthenis apud schol. Apoll. Arg. I 972 et Etym. M. 472, 36, Tzetz. Lycophr. 23 et Tzetz. Chil. 13, 563 servatum: „*ἡ χερνῆτις ἔριθος ἐφ' ὑψηλοῦ πυλεῶνος δενδαλίδας τεύχουσα καλοὺς ἤειδεν ἰούλους* ad hanc fabulam sagacissima coniectura retulit. Turris scopuli loco positus est, Batti loco mulier, id quod quin Eratosthenes per iocum propterea fecerit, quod omnium animalium nullum est muliere loquacius, nullus dubito.

VII. Quo loco deus sibi boves occultaverit.

Omnes, qui de hac re memoriae prodiderunt, praeter Philostratum unum apud Pylum eas abditas esse retulerunt. Is scripsit imag. I 26: *βοῦς νεμομένας ἐν τῷ 'Ολύμπου πρόποδι σοβῶν ἐς χάσμα τῆς γῆς*". Hanc autem non diversam fabulam esse habendam, iam ante (p. 5 sq.) explicatum est. Ceteri, ut iam dixi, in regione Pylia boves occultatas esse tradiderunt. Hymn. v. 101 – 142 sic narratum est: Mercurium, postquam Pylum advenisset, bovesque in antrum egisset, duobus lignis aridis inter se fricatis ignem eliсuisse (v. 111, quo Mercurius primus hanc ignis accendendi rationem invenisse laudatus est, Rhunkenius epist. crit. merito damnavit). Duobus deinde bobus mactatis eum coria extendisse super asperum saxum. Tantum autem afuisse, ut quidquam carnium quamvis esuriens ederet, ut contra in honorem deorum duodecim partes faceret easque sublime tolleret, ut monimenta furti essent. Sandaliis in Alpheum abiectis eum in Cyllenen revertisse. Quam narrationem Apollodorus l. c. nonnullis mutatis in breve coegit: „*καὶ κομίσας εἰς Πύλον τὰς μὲν λοιπὰς εἰς σπήλαιον ἀπέκρυψε* (hymni poeta deum omnes boves intro cogentem fecit) *δύο δὲ καταθύσας, τὰς μὲν βύρσας πέτραις καθήλωσε, τῶν δὲ κρεῶν τὰ μὲν κατηνάλωσεν ἑψήσας* (illic nihil degustavit) *τὰ δὲ κατέκαυσε. καὶ ταχέως εἰς Κυλλήνην ᾤχετο*". Antoninus l. c. scripsit: „*ἐπεὶ δὲ αὐτὰς Ἑρμῆς ἔκρυψεν ἐν τῷ πρηῶνι παρὰ τὸ Κορυφάσιον, εἰς τὸ σπήλαιον εἰσελάσας ἄντικρυς Ἰταλίας καὶ Σικελίας, αὖθις . .*" Primo obtutu Antoninus aliud atque in hymno dictum antrum in animo habuisse videtur; nam apud illum in promunturio Coryphasio ergo in regione Messeniaci Pyli situm est; in hymno autem propter propinquitatem Alphei Pylus Triphylius dictus esse videtur. Sed optime K. O. Muellerus*)

*) M.: „Die Hermesgrotte bei Pylos" in Gerhard. hyperb.-röm. Studien I 310 sqq.

specus in Coryphasio detecti descriptione*) usus ostendit ab hymni poeta et ab Antonino unum idem antrum dictum esse. Quod Alpheus antro propinquus traditus esset, illud ex memoria carminum Homericorum fluxisse. Veri etiam est simillimum fabulam de mactatis bobus ex lapidibus autri stillicidio formatis ortam esse. Legamus enim h. v. 124 sq.: „*ῥινοὺς δ' ἐξετάνυσσε καταστυφέλῳ ἐπὶ πέτρῃ, ὡς ἔτι νῦν τὰ μέταζε πολυχρόνιοι πεφύασι, δηρὸν δὴ μετὰ ταῦτα καὶ ἄκριτον*" et v. 128: „*καὶ ἔσχισε δώδεκα μοίρας*" et v. 134—136: *ἀλλὰ τὰ μὲν κατέθηκεν ἐς αὔλιον ὑψιμέλαθρον δημὸν καὶ κρέα πολλά, μετήορα δ' αἶψ ἀνάειρε σῆμα νέης φωρῆς*". Homines igitur coria boum capitibus et caudis praedita conspicere et duodecim illas sacrificii portiones saxo effictas agnoscere sibi videbantur et ex his miris figuris hanc fabulam sibi fingebant. Ovidius parum accurate met. II 684 sqq. scripsit: „silvis occultavit (Pyliis)."

Falsa est Hauptii sententia, qui in sua editione Pylum Triphylium dictum esse posuit. Ad quem errorem eo adductus esse mihi videtur, quod Battus apud Ovidium pastor est Nelei, et quod Neleum ab Homero Pyli Triphylii regem dictum esse putavit. Utrum rex Pyli Triphylii apud Homerum Neleus fuerit (quae est sententia K. O. Muelleri et, qui nuperrime de ea re scripsit, Bischoffii**) an Messeniaci (id quod Mannertus, Sicklerus, Nitzschius, Forbigerus, Bursianus, Vischerus***) affirmaverunt) in medio relinquo, quia huc nihil refert. Nam in antiquitate ipsa iam de Pyli Homerici situ magna erat controversia. Contra scimus Battum (apud Antoninum) in Aegaleo monte (cf. VI) habitare, unde apparet, Ovidium eundem montem dixisse, nisi forte credis, duos lapides eodem nomine praeditos non

*) Expédition scientifique de Morée II pl. 6 fig. 1 u. 2, pl. 7. fig. 1 u. 2 et p. 4 u. 6.

**) B. im Gymnasialprgr. Schweinfurt 1875.

***) V. „Erinnerungen aus Griechenl." 1875 p. 436 ff.

procul inter se distantes fuisse. Omnis denique dubitatio abicitur, si Pausaniam IV 36 auxilio arcessimus, ubi illud antrum Nelei et Nestoris stabulum nominavit. Quae cum ita sint, Ovidium quoque Pylum in Coryphasio situm in animo habuisse apparet.

Permagni interfuturum esse spero audire, quae Ahrensius*) de nostro antro scripsit. Mirum quantum confecit studio fabulae de bobus abactis allegorice explicandae. Hoc Coryphasii antrum, quia subterraneum est, ei positum videtur pro inferis. Bene. Conferamus, quomodo interpretetur regionem, unde Mercurius boves amoverit. — Venia sit, si fusius de huius commentariolo loqui videar. —

In hymno boves dictae sunt: „*θεῶν μακάρων* (v. 71) et *ὑμετέρων* i. e. tuae boves, Apollo, et ceterorum deorum. Ahrensio autem ad explicationem non convenit. Itaque illam fabulam, in qua Admetus gregis possessor est, adsumit, deinde Admetum eundem atque *Ἅιδην ἀδάμαστον* esse affirmat (p. 403: „Admetos ist anerkanntermassen (!) kein anderer als der *Ἅιδης ἀδ.*), ita ut *ὑμετέρων* interpretetur „Apollinis et Plutonis“. Sed hoc inepto etiam ineptius perficit. Scribit enim p. 404: „Wie aber Admetos der heroisierte Hades ist, so muss begreiflicherweise sein Gebiet Pierien das lokalisierte Hadesreich sein“. Deinde boves Admeti-Plutonis, quas Apollo pascit, interpretatur dies aetatis, qui propter favorem atque aestum in quadam Admeti-Plutonis potestate sunt, quia ex aestu fervido permulti moriuntur. Boves autem, quas Mercurius amovet, ii dies sunt, quos etesiae refrigerantes potestati Plutonis eripiunt. Repetamus igitur breviter Ahrensii sententiam: Boves a Mercurio amotae i. e. dies temporum aestivorum etesiis refrigerati abiguntur ex Pieria i. e. ex inferis et

---

*) Ahr.: „Hermes der Rinderdieb und Hundswürger“ Philol. XIV 1863 p. 401 sqq.

in Pyli antrum i. e. — quam perridicule — in inferos reducuntur. Manifestius etiam Ahrensii perversitas in declarando boum numero cognoscitur.

VIII. De boum numero.

De numero duo retulerunt. Hymn. v. 74 legitur: „*πεντήκοντ᾽ ἀγέλης ἀπετάμνετο βοῦς ἐριμύκους*“. Quocum vehementer discrepuit Antoninus l. c.: „*εἶτα ἀπελαύνει πόρτιας δώδεκα καὶ ἑκατὸν βοῦς ἄζυγας καὶ ταῦρον, ὅς ταῖς βουσὶν ἐπέβαινεν*“. Apud hunc igitur Mercurius omnino 113 pecudes furatus est. Sed Ahrensio opus est ($4 \times 29 =$) 116, ut interpretari possit, pecudes significare quattuor menses undetriginta dierum. Quomodo numerum 116 sibi parat? „Ferner, „inquit“, vermute ich, dass statt eines Stieres ursprünglicher vier genannt waren.“ Sed condonemus ei illas tres pecudes restantes. Ne tum quidem res quadrat. Nam boves amotas interpretatur dies etesiis refrigeratos. Etesiae autem flabant per 30 dies, ut Plinius nat. hist. II 123 docuit, vel per 40, ut Apoll. Rh. II 526, vel 60, ut schol. Arat., vel 50, ut Timosth. ad Apoll. Rh. II 256. In numerum 50 boves hymni convenire concedo, sed quid illis 116 bobus faciamus? Omni nos molestia liberat Ahrensius: „jene Zahlen — sic tergiversatur p. 415 — sind aus Versehen (!) für die von Hermes gestohlenen Rinder gesetzt und gehörten eigentlich der gesammten im Hadesreiche weilenden Heerde der Sonnenrinder, nemlich derjenigen der heissesten Jahreszeit.“ Haec quidem hactenus. In proxima quoque parte eandem Ahrensii sagacitatem admiremur.

IX. De facie boum.

Philostr. imag. I 26: „*ταύτας δή που τὰς χρυσοκέρως καὶ ὑπὲρ χιόνα λευκὰς, ἀνεῖνται γὰρ τῷ Ἀπόλλωνι.*“ Item Tibullus III 4, 67: „Me quondam Admeti niveas pavisse

iuvencas (Apollinem)". Audiamus nunc, quomodo Ahrensius ille colorem boum interpretetur. Tantum ex fabulis sibi exquaerit, quantum libet. Quod in explicationis rationem non quadrat, aut vitio fabulae tribuit aut tacet. Posuerat boves Admeti - Plutonis esse. Quam sententiam ut affirmet, fabulam de Geryone et Hercule (Hes. Theog. 287, Apollod. II 5, 10) arcessit boumque Geryonis colore argumento utitur p. 407: „dazu kommt, dass die rote Farbe, namentlich die dunkele, purpurne mehrfach als eine dem Hades und andern chthonischen Gottheiten gefällige vorkommt; die purpurroten Rinder des Geryones sind durch diese Farbe als Eigentum des Hades bezeichnet." Album autem boum colorem huius ipsius fabulae videlicet neglegit, quia sententia abhorret. Multa alia vituperanda sunt, sed his acquiesco.

X. Quomodo Apollo placatus sit.

Auctor hymni fabulam sic ad finem perduxit: Primo diluculo Apollo, ut boves abactas quaereret, profectus, ex sene illo Onchestio pupulum quendam boves agentem praeteriisse comperit. Cum augurio admonitus Mercurium furem fuisse intellexisset, in speculam Maiae properavit. Quem Mercurius ubi advenientem vidit, se in cunis complicavit seque dormire simulavit. Ab Apolline valde irato postulatus, ut boves redderet, ita mentitus est osque ita detorsit, ut ille iram in risum verteret. Atque ut eum ad patrem Iovem ferret, cum Apollo ex cunabulis depromeret, ille nuntio ventris demisso se defendit, ut ab Apolline statim in solo poneretur. Simulac ad Iovem pervenerunt, Apollo Mercurium furti accussavit. Mercurius se quidquam scire negavit. Iuppiter quamquam ex pupuli calliditate mendaciisque confidentissimis laetitiam maximam cepit, tamen eum boves statim reddere iussit. Hoc rerum statu artifex quidam usus, statuam Mercurii puerili bellam sculp-

sit, nunc quidem servatam in palatio Spada alla Regola*). Mercurius quamvis invitus paruit. Sed cum Apollo, ut boves reduceret, vincula viminea iniecisset, pupulus ille effecit, ut illa vimina in omnibus animalibus sub eorum pedibus solo inhaererent. Sed veritus, ne nimiam Apollinis iram incitaret, lyra sua tam suaviter cecinit, ut ille admiratione laetitiaque affectus polliceretur se boves donaturum esse, si lyram acciperit. Organo accepto Apollo Mercurium bobus flagilloque remuneratus est. Placati in Olympum redierunt. Hunc esse finem hymni omnes praeter Baumeisterum editores nostri aevi recte statuerunt. Extremam partem addidit, qui Apollinem Mercurio maiorem deum haberi voluit. Quamobrem adiecit. Apollinem, postquam cum fratre foedus icisset, ut alter alterum adiuvaret, ei virgulam illam magicam dedisse; iureiurando autem impeditum, quominus futuri scientiam, quam Mercurius petivisset, impertiret, eum artem per fortes vaticinandi concessisse. Hymn. v. 511—512: „*αὐτὸς δ' αὖθ' ἑτέρης σοφίης ἐκμάσσατο τέχνην συρίγγων ἐνοπήν ποιήσατο τῆλοθ' ἀκουστήν.*" quibus Mercurius lyra alienata fistulam invenisse narratus est, plane neglexi. Nam recentioris etiam extrema parte temporis duco. More enim epicorum alienissimum est inventionem fistulae duobus versibus comprehendi, cum antea ad citharae inventionem describendam quadraginta fere versus adhibiti sint. Deinde neque cum praecedentibus neque cum sequentibus versibus coniuncti sunt. Tum illa de fistulae inventione verba v. sequitur 513: „*καὶ τότε Λητοΐδης Ἑρμῆν πρὸς μῦθον ἔειπεν.*" Quis est, quin expectet Apollinem de fistula verba facturum esse? Nihilo minus nulla iam omnino mentio eius habita est. Nisi omnia me fallunt, idem interpolator fuit huius versus, qui v. 111 „*Ἑρμῆς τοι πρώτιστα πυρήια πῦρ τ' ἀνέδωκε.*" ad-

---

*) Braun: Antike Marmorwerke Dec. II Tfl. I.

didit et is opinione Aegyptiorum, ut mihi videtur, ductus, qui omnes inventiones ad Thot-Mercurium deferebant.*) Posteriore igitur tempore hi versus adiecti sunt, sed ita, ut Apollodorus hymnum hac labe iam affectum cognosceret. Nam inventionem fistulae in bibliotheca sua retulit et eam magna cum sollertia relationi suae innexuit II 10, 2 § 7—10: „*ἀκούσας δὲ τῆς λύρας ὁ Ἀπόλλων ἀντιδίδωσι τὰς βόας. Ἑρμῆς δὲ ταύτας νέμων σύριγγα πάλιν πηξάμενος ἐσύριζεν. Ἀπόλλων δὲ καὶ ταύτην βουλόμενος λαβεῖν, τὴν χρυσῆν ῥάβδον ἐδίδου, κτλ.*“

In priore hymni parte legimus Apollinem una cum bobus flagellum (*μάστιγα φαεινήν* v. 597) Mercurio condonasse, in posteriore virgam magicam. Qua re Prellerus**) collegit, diversa caduceorum genera Mercurio fuisse. Sed falsa haec sententia. Nam ceteri, qui de ea re tradiderunt, unam virgam Mercurio datam dixerunt. Accedit quod Eustathius (ad Il. 24, 343) expressis verbis virgam mirificam eandem nominavit, qua Apollo pascens utebatur: *ἡ δὲ τεραστεία καὶ τὰ ἐναντία δυναμένη ῥάβδος μυθικῶς μὲν δῶρόν ἐστι τῷ Ἑρμῇ πρὸς Ἀπόλλωνος, ᾗ τὰς βοῦς Ἀδμήτου ἐκεῖνος ἐβουκόλει, ἀντιδοθεῖσα τῆς χέλυος ἤτοι λύρας, ἣν ὑφ'* (l. *ἀφ'* vel *παρ'*) *Ἑρμοῦ ἔλαβεν.*“ Maioris etiam momenti est Apollodori testimonium, qui illius ipsius hymni summam retulit scripsitque: „*τὴν χρυσῆν ῥάβδον ἐδίδου, ἣν ἔκτητο βουκολῶν.*“ Equidem illud duplici hymni compositioni tributum volo et Mercurium ex veterum opinione unam

---

**) Diodorus I 16 docuit Aegyptios ei cum alia tum inventionem litterarum, deorum cultus et sacrificiorum, palaestrae, numerosae concinnitatis tribuisse et eum primum observatorem astrorum, vocum harmoniarum, naturae putavisse. cf. praeterea Diod. I 43, Euseb. II 1 p. 46, Plut. symp. 9, 3, de Is. et. Os. 3, Hygin. II 277. Strabo 17., Manilius I Arcro ad Hor. I 10, 3, myth. Vat. I 119 II 42 III 93 et al.

**) Pr. „Der Hermesstab“. Philol. I 152 sq.

eandem virgam habuisse dico, qua secundum diversas suas facultates diverse utebatur.

Eandem placationis rationem retulerunt Theo. Arat. Phaen. 268, schol. Pind. Ol. I 26, Eust. Il. 24, 24 et Il. 24, 343 (cf. paulo infra) et Od. 21, 391. Quod Eratosth. Cat. 24 et, qui eum exscripserunt, lyram ex testudine et Apollinis bobus factam Apollini a Mercurio datam esse narraverunt, ex eo colligere possumus, iis hanc placationis rationem notam fuisse. Item scripsit Hyginus (non Catast. usus) et hunc secutus — spero te legentem mihi assensurum esse — myth. Vat. alter fal. 43:

Hygin. ast. II 7	myth. Vat. II 43
Cum	Cum pascenti Admeti regis armenta
Apollini boves abegisset deprehensus ab eo,	Apollini boves abegisset et deprehensus ab eo
quo sibi facilius ignosceret, petenti Appollini, ut li ceret dicere se invenisse lyram concessit et ab eo virgulam quandam accepit.	poscenti Apollini ut dicere liceret se invenisse lyram concessit et ab eo virgam, quae caduceum dicitur accepit.

Similiter Acro ad Hor. I 10, 6 et I 10, 9. Hanc placationem Ioh. Lydus de mens. IV 38 sic explicavit: „*Ἑρμῆς κιθάραν δίδωσι μυθικῶς τῷ Ἀπόλλωνι, οἷον ὁ Λόγιος τῷ Ἡλίῳ τὴν τοῦ παντὸς ἁρμονίαν.*“ Nonnulli ex hac remuneratione vocem lyrae ineptis hariolationibus etymologicis declarare voluerunt, *λύρα* ab *λύτρον* deducentes: schol. Dionys. Thr. gram. (ed. Bekker anced. Gr. p. 752): „*Εἴρηται δὲ λύρα, λύτρα τις οὖσα. φασὶ γάρ, ὅτι ποτὲ Ἑρμῆς . . . ἐποίησε κοιλίαν λύρας. ἡνίκα δὲ τοῦ Ἡλίου βοῦς κλέψαι ἠβουλήθη καὶ διὰ τὸ μαντικὸν τοῦ θεοῦ οὐ δεδύνητο* (l. *οὐκ ἐδεδύνητο*) *ἀνελήφθη. εἰδὼς δὲ καὶ τοῦ θεοῦ τὸ μουσικόν, δέδωκεν ὑπὲρ ἑαυτοῦ τὴν λύραν λύτρον καὶ ἐλευθερώθη τοῦ*

ἐγκλήματος.“ Auctor in Boisson. aned. Gr. IV 458: „*λύρα προσηγορεύθη διὰ τὸ λύτρον ὑπὸ Ἑρμοῦ δεδόσθαι τῆς κλοπῆς τῶν βοῶν τοῦ Ἀπόλλωνος, καθάπερ φησὶν Εὐριπίδης ἐν Ἀντιόπῃ· λύρα βοῶν γὰρ ῥύσι' ἐξελύσατο·* (sic Schneidewin Eust. prooem. comm. Pind. pro *λύρα βοῶν ῥύσα ἐξερρύσατο;* deterius Ungerus Parodox. Theb. p. 33: *λύρα βοῶν νιν ῥύσι' ἐξερρύσατο*). Ad verbum fere congruunt, quae legimus in his:

Etym. M. 572, 1	Orion Et. 96, 7	Et. Gud. 375, 6	Anecd. Gr. Ox. II 387
λύτρον παρὰ τὸ λύω λύσω· ὅθεν καὶ λύρα λύτρα τις οὖσα· ἐδόθη γὰρ τῷ Ἀπόλλωνι παρὰ τοῦ Ἑρμοῦ ὑπὲρ ὧν ἔκλεψε βοῶν Ἀπόλλωνος Ἑρμῆς.	*λύρα παρὰ τὸ λύω, οὗ ὁ μέλλων λύσω· λύτρα τις οὖσα· ἐδόθη γὰρ**) *τῷ Ἀπόλλωνι παρὰ τοῦ Ἑρμοῦ ὑπὲρ ὧν ἔκλεψε βοῶν ὁ αὐτὸς Ἑρμῆς.*	*λύρα παρὰ τὸ λύω, λύσω· λύρα γὰρ ἐδόθη**) *τῷ Ἀπόλλωνι παρ' Ἑρμοῦ ὑπὲρ ὧν ἔκλεψε*[2]) *τὰς βοῦς αὐτοῦ λύτρα τις οὖσα·*	*ἐδόθη γὰρ τῷ Ἀπόλλωνι παρ' Ἑρμοῦ ὑπὲρ ὧν ἔκλεψε τὰς βοῦς αὐτοῦ λύτρα τις οὖσα.*
	*) cod. *λύτρα ἐδόθη.* Larcher: *λύτρα τίς (!) οὖσα· λύρα γὰρ ἐδόθη.*	*) cod. *λύρα παρὰ τὸ λύω, λύσω λύρα· ἐδόθη γὰρ* 2) cod. *ἔβλεψε*	

Similiter Eust. prooem. comm. Pind. p. 60 et idem ad Il. V 487, schol. Nic. Alex. 560.

Quam placationis rationem ii scriptores nesciverunt, qui Apollinem alio modo lyram accepisse tradiderunt, deinde qui Apollinem iam in pascendo lyra canentem induxerunt, post, qui Mercurium ab alio atque ab Apolline

caduceum accipientem fecerunt, tum apud quos Mercurius iam in furando caduceo usus est, ad extremum, qui expressis verbis aliam placationis rationem tradiderunt.

Lyram non a Mercurio sed ab Iove patre Apollinem accepisse Himerius scripsit or. XIV 10. Lyram Apollini pascenti fuisse legimus apud Eurip. Alc. 568 sqq. (ex Schmidtii rec.). Caduceum Mercurio ab Iove condonatum esse myth. Vat. I 119, ab Vulcano Lucian. dial. deor. 7 docuit. Caduceum iam in furando tenet Mercurius apud Antoninum Liberalem. Prorsus abhorruerunt Alcaeus et eum secutus Horatius et Philostratus et Lucianus. Hi enim haud infacete rem sic ad finem perduxerunt: Mercurium Apollini minanti, se cum telo percussurum esse, nisi gregem redderet, necopinanti arcum pharetramque ademisse. Sic Apollinem armis privatum quodammodo coactum esse, ut Mercurium in gratiam suam restitueret et gravem iram in risum lenem mutasse. Alcaei hymnus praeter illos tres vers. (cf. p. 6) magno cum dolore cuiusvis docti perierunt. Sed eum hanc gratiae reconciliationem tradidisse, efficitur ex Horatii carmine I 10, quod magna ex parte illo Alcaei hymno imitando effinxit v.: „Te boves olim, nisi reddidisses per dolum amotas, puerum minaci voce dum terret, viduus pharetra risit Apollo.“ Similiter Philostratus imagin. I 26 et Acro ad hos Horatii v. Haec relatio Luciano quoque nota fuit; nam (in deor. dial. 7) Vulcano interrogante: „*καὶ τίνα ἂν ἀδικῆσαι δύναιτο ἀρτίτοκον ὄν;*“ Apollinem respondentem induxit: „*ἐρώτα τόν Ποσειδῶνα .. ἵνα μὴ ἐμαυτὸν λέγω, ὃν ἀφώπλισε τοῦ τόξου καὶ τῶν βελῶν.*“ Ad hanc placationis rationem spectat statua Mercurii pharetrati, in qua describenda haec verba fecit Bozius: *) il me rappella l' aventure célébre

*) M. de Boze „Histoire de l'Acad. Royale des inscript.“ Paris 1740 XII p. 258.

rapportée dans l'Hymne de ce Dieu attribuée à Homére plus détaillée encore dans les Tableaux de Philostrate et qu' Horace n' a pas oubliée . . . Apollon en furie menaçant ce jeune voleur de le tuer, s'il ne luy rendoit ses boeufs et voulant tirer sur luy une de ses fléches, s'apperçut avec plus d' étonnement encore, qu'il luy avoit enlevé même son carquois."

Restat, ut in hac parte rationem habeamus scholii Il. XV 256 (cod. Ven. A. et B.) „*Ἑρμῆς . . . εὗρε λύραν καὶ τοὺς Ἀπόλλωνος βόας κλέψας εὑρέθη ὑπὸ τοῦ Ἀπόλλωνος διὰ τῆς μαντικῆς. ἀπειλοῦντος δὲ Ἀπόλλωνος ἔκλεψεν αὐτοῦ καὶ τὰ ἐπὶ τῶν ὤμων τόξα. μειδιάσας δὲ ὁ θεὸς ἔδωκεν αὐτῷ τὴν μαντικὴν καὶ τὴν ῥάβδον, ἀφ' ἧς καὶ χρυσόρραπις ὁ Ἑρμῆς προσηγορεύθη, ἔλαβε δὲ πὰρ αὐτοῦ τὴν λύραν. ὅθεν καὶ χρυσάωρ ὠνομάσθη, ἀπὸ τοῦ τῆς κιθάρας ἀορθῆρος.*"

Pro cod. lect. „*τὴν μαντικὴν ῥάβδον*" scripsi „*τὴν μαντικὴν καὶ τὴν ῥάβδον*" ideo quod praeter hunc unum locum et eum, ut puto, falsum nusquam caduceus Mercurii vi vaticinandi praeditus dictus est. Prellerus quidem p. 515 l. c. scripsit: und die wesentliche Eigenschaft des letzteren (nemlich des im Hymnus von Apoll geschenkten Zauberstabes) ist eben das Apollinische und mantische." Sed unde hanc sibi sententiam sumpsit? Nam h. v. 529 sqq: „*ὄλβου καὶ πλούτου δώσω περικαλλέα ῥάβδον, χρυσείην, τριπέτηλον, ἀκήριον, ἥ σε φυλάξει, πάντας ἐπικραίνουσα θεοὺς ἐπέων τε καὶ ἔργων, τῶν ἀγαθῶν, ὅσα φημὶ δαήμεναι ἐκ Διὸς ὀμφῆς*", diserte, quae caduceus valebat, enarrata sunt, cum vaticinatio in eius proprietatibus non numerata sit. Praeterea caduceo tradito facultatem per fortes hariolandi condonatam esse, aperte scriptum legimus (hymn. v. 550 sqq.) Hoc Iliadis scholio Burkhardtius l. c. p. 748 Alcaei hymni conclusionem contineri putat. Bergkius poet. lyr. Gr. III 150: „fabulam, inquit, quemadmodum Alcaeus enarravit, videtur tradere schol. Hom. Il. O. 256. Baumeisterus scholiastam sua hausisse ex Apollodoro posuit.

Equidem et Apollodori bibliotheca et fabula Alcaei usum esse puto scholiastam. Ex hoc enim hausit furtum pharetrae, ex illo condonationem caducei et vaticinationis et lyrae remunerationem. Si hoc mihi concesseris, iterum habes, cur coniecturam: *τὴν μαντικὴν καὶ τὴν ῥάβδον*" probes, quia Apollodorus Apollinem „*τὴν ῥάβδον*" et *τὴν διὰ τῶν ψήφων μαντικήν*" donantem induxerit.

Repetamus breviter ac conferamus:

1. Homeri temporibus hac de Mercurio puero fabulae nondum exstiterunt. Mater quidem *Μαιάς* (cf. p. 9) dicta est, ceteri duo loci autem (Od. XXIV, 1 *Κυλλήνιος**) et Il 766 de Apolline pastore) posterioris temporis sunt.
2. Antiquissimum testimonium habemus hymnum Homericum, quo lyrae inventio Mercurio tributa est. Inventia modo lyrae? Immo vero scientia artis musicae.
3. Iam apud Homerum Mercurius caducifer fuit, nunquam autem caduceum Apollinis donum appellatum est.
4. Vox *λύρας* primum in hymno Hom. nobis occurrit.
5. Ante hymni tempora *χέλυς* non significat lyram.
6. Ex illis temporibus demum testudo Mercurio sacra erat. In simulacris hoc animal deo additum videmus nonnunquam etiamsi nihil ad lyrae inventionem spectat. **)
7. Priore tempore fabulabantur, Apollinem sagittis subductis coactum esse cum fure isto pacem facere, posteriore tempore cum lyra condonata placatum esse.

Est nobis igitur quaerendum, qua re et quo modo tot tantaeque mutationes fabularum in opinionem Graecorum multo tempore post Homerum et Hesiodum irrepserint.

Equidem pono mutationes ex Aegyptiorum opinione fluxisse. Nam cum Psammeticus saeculo a. c. n. VII ex-

*) Lehrs Arist. p. 184.

**) Winkelm., Alte Denkm. d. K. I 39.

ternos populos non modo non iam Aegypto arcuisset, sed etiam quam plurimos Graecos advocavisset, factum est, ut Graeci deos Aegyptios cognoscerent atque, ne ullum deum neglegerent, deos Aegyptiorum partim novos sibi acciperent, partim similitudinibus quibusdam ducti cum suis miscerent. Sic Thot sive Theut eundem ac Mercurium esse duxerunt, quamquam mirum quantum inter se differebant, et in unum confuderunt. Huic assimilationi cum multas alias fabulas debemus, velut de inventione litterarum et harmoniae et geometriae (Theut enim erat Aegyptiis ratio corporata) tum hanc de lyra fabulam.

Quam meam sententiam ut monumentis Aegyptiis confirmarem, Ad. Ermannum, virum rerum Aegyptiarum peritissimum, adieram. Sed doleo, quod, quae maxima cum humanitate respondit, non multum profuerunt. Nam recte: „Indess, das Aegypten, inquit, das unsere Inschriften uns kennen lehren, liegt um ein Jahrtausend weiter zurück; und die religiöse Litteratur der Aegypter dürfte noch grossenteils um ein bis zwei Jahrtausende älter sein. Da ist es schon a priori wenig wahrscheinlich, dass die Angaben der Griechen mit denen der Texte übereinstimmen".

Videamus igitur, nonne sententia argumentis aliunde prolatis confirmari possit.

1. Aegyptii habuerunt, cur deo Theut suo inventionem organi ex testudine constructa tribuerent.

a. Interroganti mihi, num Theut deus artis musicae fuerit, scripsit Ermannus: „über Thot kann ich nur sagen, dass er als Erfinder der Schrift und somit auch als Gott der Wissenschaften gilt. Er ist der Schreiber der Götter. Dass er irgend ein Musikinstrument erfunden hat, wird meines Wissens nirgends in den bekannten aegyptischen Texten gesagt — was aber natürlich nichts beweist". Sed testimonium habemus Clementis Alexandrini p. 269 (ed. Sylburg), qui plane et dilucide scripsit: „δύο βίβλους ἐκ τοῦ

Ἑρμοῦ, ὧν θάτερον μὲν ὕμνους περιέχει θεῶν". Thot ergo arti musicae praestabat.

b. Theut apud Aegyptios omnino deus inventionum erat (p. 44).

c. Aegyptii putabant, Theut deum efficere, ut Nilus quotannis supra ripas effunderetur. Quantum et quatenus Nili rura irrigaturi incrementum esset futurum, Aegyptii, si Aeliano V 52 fidem habemus, facile ex eo cognoscere poterant, quatenus testudines aliaque animalia ante Nilum inundantem ab ripa abirent, ut ova parerent.

Quamobrem haec animalia deo Theut sacra fuisse puto ob eamque rem instrumentum ex uno eorum perfectum.

2. Aegyptum sapit ea fabula, qua deus in Nili limo testudinem invenisse traditus est.

3. Tum ut fabulam de lyrae inventione ex Aegyptiorum opinione fluxisse putem, adducor similitudine organorum Aegyptiorum et Graecorum. Lyram eiusdem atque apud Graecos formae semel simulacris Aegyptiis servatam habemus et eam ex temporibus medii, quod vocatur regni (ca. 2100—1900). At quispiam dixerit, hoc organum, quia unus ex hominibus Asiaticis tributum ferentibus*) ea canit, huic genti proprium significatum esse. Quoquo modo res se habet — in medio enim relinquo — in monumentis posteriorum temporum multa simulacra videmus quae lyram simillimae formae praebent, ita ut iugum, in quo chordae infigebantur, non directum, ut apud Graecos, sed obliquum alligatum sit et eam ab Aegyptiis ipsis usurpatam.**)

4. Nescio an meae sententiae hoc argumentum usui esse possit: Sicut veteres fabulam de mutatione Syringis Panem

*) Wilkinson.: manners and customes of the anc. Egypt. II pl. XIV. 1837.

**) Wilk. l. c. II N. 217. p. 291.

effugere studentis cum illa de syringe a Pane inventa coniunxerunt, sic Graecos fabulam de Chelone a Mercurio in animal eiusdem nominis mutata cum illa de lyra ex illo animali constructa coniuncturos fuisse, si tum iam Mercurius peritus artis musicae putatus fuisset, mihi persuasum habeo.

5. Tempus quoque respicienti mihi sententia affirmatur. Psammeticus enim regnabat 656—617 et quinquaginta fere annorum spatio opus erat, ut recens fabula pervulgaretur.

Si his quinque argumentis ut sententia tibi probetur, adductus sis, valde delectabor. Nihil habet miri, quod Graeci pro Aegypto montem Cyllenen inventionis locum dicebant. Nam postquam illam fabulam suam reddiderunt, ex rei ipsa natura sequebatur, ut Graeci in sua ipsorum terra testudinem repertam esse vellent. Nullus autem alius locus facilius eligebatur quam Cyllene, in quo monte Mercurius maxime colebatur. Servius Honoratus, Isidorus, scholiastes Germanici, mythographus Vaticanus II, quos ex Suetonio hausisse verisimile est, principalis fabulae locum i. e. regionem Niliacam retinuerunt. —

Apollo arti musicae praesederat et post illud tempus quoque praesidens manebat. Itaque cum Aegyptiis auctoribus inventio lyrae Mercurio tribueretur, fabula fingenda erat, quomodo lyra a Mercurio inventa in Apollinis possessionem venisset. Sic factum est, ut Graeci ex alacri sua cogitatione et mente vivida, quas virtutes nunquam satis admirari possumus, hanc de inventione fabulam cum illa de bobus abactis optime coniungerent. Haec recentior relatio, quo latius fama de lyra a Mercurio constructa manavit, eo magis diffundebatur, ut haud ita multo tempore interiecto vulgatior illa vetustiore placatione, quam Alcaeus habet, et usitatior fieret. —

Simul Graeci ab Aegyptiis didicisse videntur, quomodo testudo ad lyram compingendam adhiberetur. Quae sententia quamquam certa poni non potest, tamen magnam veritatis speciem sibi vindicat, quia in res plane quadrat. Nam quod ante hoc tempus χέλυς nunquam lyram significaverat, ex eo concludi potest, eam nondum ad hoc organum construendum consumptam esse. Nam animal multo tempore postquam huic rei usui fuerit, organo nomen dedisse negandum est. Accedit, quod testudo, ut iam antea dixi, ex hoc tempore Mercurio sacra facta est.

Theses.

1. Apollodorus quae bibl. III 10, 2 retulit, ex uno hymno Hom. in Merc. composito hausit, quamquam multum interest inter eius narrationem et illum hymnum.
2. Serv. Hon. ad Verg. Aen. VIII 138 lege „celeritatem pariendi“ pro „celeritatem parientis“.

Vita.

Natus sum Albertus Scheffler Bartensteinii Non. Aug. 1858 patre Carolo, matre Julianna de gente Haugwitziana. Fidei addictus sum evangelicae. Primis elementis institutus per V annos gymnasium patriae urbis adii. Vere anni 1878 in almam universitatem Regimontanam me contuli, ut studiis philologicis me dederem. Audivi per V annos:

Friedlaender, Hirschfeld, Jordan, Lehrs,
Ludwich, Quaebicker, Schade, Walther,

quibus omnibus gratias ago agamque semper quam maximas. Proseminarii philologici per IV, seminarii per II semestria fui sodalis. Itemque interfui exercitationibus archaeologicis.